

Celsi Aeronensis Dissuasoria.

Reuerendissimo Domino Iacobo Cardinali Papi
ensi Domitius Veronensis salutem et commen.

Roxime legi Reuerendissime domine
p orationem disuasoriam Venerabilis pa /
tris Celsi ueronensis Canonici regularis
in qua cum rationibus / tum etiam exemplis præ /
clarissimis pluribus uarie copiose atq; ornatè rebo
sacris parcendum et abstinendum esse contendit :
eam a te qui doctissimus et eruditissimus ab omni
bus haberi et existimari ualde probari audio et
uehementius commendari: Ego quoq; pro hac te
nuitate mea grauissimum iudicium tuum tãti fa /
cio ut ipse tecum sentiam / ac talem lucubratõnẽ in
regerrimi religiosi imprimendam ex tua sententia
esse decernam. Cum in uniuersum ad omnes per
tineat talis causa talisq; disuasio. Christiani enim
nominis decus / christianæq; religionis ratio præci
pue custoditur / si inter alia quoq; res sacræ intac /
tæ inuiolataq; seruentur. Vale .

Epistola Reuerendissimi domini Hermolai Bar-
bari Episcopi Veronensis ad .D. Celsum Veronē-
sem Canonicū regularē Congregatōis lateranēsis

Eligioforum decus saluus sis: uno spū le-
gi disertissimam et xpianissimam episto-
lam tuam: in qua legenda tantam cōpi-
uoluptatem / ut nihil suauius / nihil ad explendā
sanam mētem pinguius audiri aut legi potuisset:
Quoniam nihil pretermisisti eorū quæ a magnis ī
geniis excogitari / aut a doctis religiosīs ad nostros
homines erudiendos in tanta re afferri potuissent
omnibus doctrinæ / sanctitatis / auctoritatisq; pre-
sidiis munitus: ad monēdos Venetos uiros te ita
preparasti / ut apud omnes nō minus christianus
q̃ doctus et sis et habearis: Adde igitur quæ ī mar-
gine annotasti: et perface opus hoc dignum: ut in
ter cetera quæ per omnes tuæ ætatis gradus prece-
nia in omnibus fere Italiæ urbibus es cōsequutus.
Hanc etiam dignam laudem in Veneta urbe regi-
na Italiæ ut ita dixerim consequaris: Tanta enim
ut spero erit dicendi uis / ut si non omnes / sanio-
rem tamen partem ī tuam adduces piissimam sen-
tentiam: Nihil falsi locutus es / nihil ueri conticui-
sti ad sæuissimos animos moliendos: Et cum om /

nia summa caritate narraueris i misericors ac misera-
tor dominus magis ac magis assistet huic sancto
operi: et illuminabit mētes et corda omnium ad
ueritatem agnoscendam relictis tenebris: Nec dese-
ret hanc urbem; quæ tempore lucis sola condita ē:
Et tot ac tantis sanctorum corporibus ornata ac
munita: ut nunq̃ adduci possim illā facile peritu /
rā / tanq̃ summi dei peculiarē. Vale et me ut soles
ama / ac pro me ora . Ex Venetiis pridie kllās Fe-
bruarias. M. cccclxxi .

Tuus filius Hermolaus Episcopus Ve-
ronensis indignus manu propria .

**Celsi Veronensis Canonici Regularis Lateranē /
sis cogregationis Dissuasoria ne Christiani
principes Ecclesiasticos usurpent cen /
sus Ad Inclytū uenetorū Senatū.**

Olent complures sapentūmero Sere /
f nissime Princeps / Illustrissimeq; Sena
tus cum de re aliqua tractaturi sunt /
ea tantum in dicendo sectari / ea pro /
ferre \ ea suo sermone complecti : quæ legentium
auribus obsequātur: quæ ue gratiam / et inanem si
bi applausum ualeant aucupari . Contra uero
quæ recta / quæ utilia / quæ bona sibi et honesta ui
dentur: ea ueluti minus gratiæ \ minusq; oblecta /
menti ac suauitatis habitura aspernantur et respu
unt . Ast ego ab his profecto longe aliter sentio .
Videntur siquidem mihi ii non mediocriter errā /
re : ac ut ita dixerim / a proposito suo pene decide
re . Nam dū gloriam sibi ab hominibus ac laudes
ex turpi quadam mercatura quærūt: ignominiam
magis ac dedectus incurrūt . Quid enim turpius q̃
sub boni specie amicorum animis fraudes offun /
dere? Quid indecentius q̃ pro ueris ficta ac simul /
lata supponere? Quid inq̃ fedius: et ab omni pror
sus honestate semotius / q̃ pestiferis assentatōibus

mortalium mentēs in multos ac maximos errores
inducere? Ii profecto nō amici / non beniuoli / nō
uiri boni / sed immanissimi potius hostes / et omniū
odio digni habēdi sunt. Quis .n. numeret quot
mala / quot iacturas / quot pestiferas clades iferāt ?
Quis inq̃ numeret quot detrimenta / quot dispē
dia / quot incōmoda / ac pericula ob istiusmodi af
sentatorum praua consilia / ac obsequia fraudulē
ta non priuati solum homines subeant: sed etiam
uniuersæ res publicæ / ac cunctorum regum impe
ria? Id uero illis assequi haud profecto difficile ē :
nam beniuolentiæ et amicitia cultu subrecti blan
dis laudibus / ac fictis obsequiis mētes hominum
offuscant: fraudes innectunt : et unumquēq; rerū
suarum ignorantia inuoluunt: Vt quæ bona ac sa
lubria / quæ ue sibi noxia ac pestifera sunt minime
dignoscere queat. Tales etenim se esse arbitrātur
homines : ut merito iureq; laudentur : Ex quo in
numerabilia postea peccata nascuntur: et in maxi
mis illi uersantur erroribus . Quamobrem istorū
ego impresentiarum sententiam minime sequēdā
duxi: sed ea magis prosequar / ea audacter enarra
re contendam: quæ si minus gratia / minusq; sua /
uitatis forte habitura sint: at profecto nō ficta / nō
simulata / sed quæ uerum amicū / uerumq; deceāt

monitorem: ob eamq; rem neq; omnino fortassis
inutilia: neq; futura prorsus infructuosa. Nam et
medicorum plerūq; amara sunt pocula: eadem ta-
men frequenter egrotis opem afferunt et salutem:
Quod sane mihi quoq; arbitror esse faciundum:
idemq; mihi in hac causa officium eandemq; assu-
mendam eē personam: quo aptius et facilius salu-
tem pristinam: bonamq; ualitudinē languentibus
inducam. Ea propter si licentius aliquid dixisse
uidebor id non odio / non liuore aliquo fieri exi-
stimandum erit: sed ut magis animus tuus serenif-
sime Princeps et eorum qui monitis talibus indi-
gent ad meliora ac salubriora consilia capeſſenda
q̄ efficaciter excitentur. Accipies igitur hanc lu-
cubranciunculam meam satis horrida et inculta ora-
tiōe conscriptā: quam ob meum ī te inclytumq; se-
natum singularē amorem / p̄cipuamq; caritatē et
obseruantiam serenissimo nomini tuo dedicare cō-
stitui: Si quid forte consilii: Si quid utilitatis et
adiumenti uobis: uestrisq; afflictis rebus non solū
assiduīs orationū suffragiis: Verū etiā crebris uer-
borū exhortatiōibus afferre potuero. Nūc igit̄ ne
p̄cul nimis nostra aberret oratio dicere aggrediar:
quæ tecū ī p̄sentia mi Serenissime Princeps agere
īstitui: Si tamē illud unū prius subiecero: me idcir-

co hoc onus sponte suscepisse : ut nulla in parte
mihi ipsi pro ingenii mei paruitate desim : quin ea
suggerā : ea consulam : ea admoneam : quæ ad isti /
us uestri inclyti clarissimiq; senatus salutem / ac per
petuā gloriam i his tantis calamitatibus ac pericu /
lis nostris firma certaq; ratione pertinere dignosco.

Um itaq; paucis ante diebus Serenissime
c Princeps religionis meæ gratia uarias urbes
uariosq; populos peragrarē : cōplures sapel
numero (ut fit) præclaros / ac iignes uiros / cōplu
res illustres / ac excellētissimos p̄cipes alloquutus
sum. Inter loquēdū uero i eos ipsos crebro sermo
nes incidimus : qui nūc maxime per omniū ora uer
santur et uolitant : De huius scilicet ipiissimi tur /
ci Christiani nominis hostis p̄spero fœliciq; bello
rū successu : quibus Christianos insequit̄ uexat at
q; trucidat : quibus orthodoxā fidem dies noctesq;
labefactare ac funditus euertere nitiē. i qua q̄dem
re eum iam diu tantū inualuisse tātumq; excreuif
se cōspicimus / tantas sibi pedestres ac maritimas co
pias / tot auxilia ac bellicos apparatus sibi cōparaf
se : tantū deniq; aduersus Christianos et Italiam ip
sam exercitū contraxisse : quantū aduersus Græciā
olim magnus ille Xerxes : quem mare classibus : ter
rā uero pedestri exercitu pene operuisse memoriā

Turcus.

Xerxes.

proditū est. Quo circa tantæ potentia et expediti
onis incredibilis magnitudo unicuiq; non īmerito
potest ēē formidini . Verū ceteris istiusmodi com
pluribus inter loquendū in eo sermone a nobis p̄ /
termiſſis ad id unum maxime nostra tandē deflu /
xit oratio: q̄ magna fuerit / q̄ erumnoſa / q̄q; do /
lenda et non ſine lacrymis cōmemorāda recens ue
ſtra Euboeæ inſulæ cladeſi atq; iactura: qua profe
cto nulla maior / nulla triſtior / nulla uobis / ac
Chriſtianæ rei Publicæ infœlicior accidere pote
rat . Ex inde namq; non uobis ſolum ac mari /
rimo īperio ueſtro crudele bellum et extremum di
ſcrimen īpendit; Verū etiam Italiæ īpī ac uniuerſæ
fidei noſtræ triſtis euerſio et ſupremū exitiū p̄para
tur. Quo circa ſummopere profecto pertimeſcen /
dū eſt: actum iam eſſe de nomine Chriſtiano: actū
de fide catholica tot Chriſti laboribus / tanto ſan /
guine / tot cruciatibus conſtituta . Iam .n. ad radicē
poſita ē ſecuris: ī foribus iam adſunt ſæuiſſimi ho
ſtes: iā littora naualib; copiis plena ūdiq; reſonāt .
iam nobis niſi e cælo diuinū ſuffragetur auxilium
extrema imminet cladeſi / et miſerabile naufragiū
ſubeundum eſt. Quis .n. iſtius īmaniffimæ belluæ
ferocē impetū ſubſtinebit ? Quis truceſ audaciā
cohercebit ? Quis inq̄ tanta elatū uictoria ab incœ

Ebuoea.

Alexander.
Cesar.

pto suo deterrere ualebit ? Pre multitudine qppe
hominū ac pre magnitudine uictoriæ partæ angu-
stos se fines hēre arbitrabit: nō. n. expleť unq̃ aut
satiat̃ regnādi libido: sed q̃to maior imperii fuerit
accessio: tātō quoq; crescit et augeť dominandi cu-
pido. Quā ob rē facile admodū sibi p̃suasum erit:
se se totius italiæ íperio posse q̃doq; potiri: huc p̃-
fecto uotis omnibus aspirat: ad hoc toto desiderio
mētis anhelat: ad hoc omēs cogitatōnes suas omīa
cōsilia/omnē curā animūq; cōuertit. Quæ sane res
ueluti olim Alexādrū Macedonē/aut Cæsarē illū:
quos iste potissimū sibi ex omnibus ímitādos dele-
git ad subiugandi totius orbis cupiditatē supra hu-
manū modū euexit: ita hūc quoq; pari mō uehe-
mēter ípellet ad suū longe lateq; ppagādū íperiū:
ac nominis sui famā p̃clarissimis gestis posteris de-
mādandā: quod ingenuis ac p̃stantibus animis ad
maximas res obeundas nō mediocre adiumētū af-
ferre consueuit. Emulatione itaq; gloriæ (ut aiūt)
parē se illis conat̃ ostendere: et eorū exēplo gloriæ/
ac laudis studio magis ac magis ardere et íflāmarī
uidetur. Ad quod sane nūc eo quidē ípēsius et aui-
dius anhelabit: quo latiorē sibi uiā / facilioreq; ex
hac recenti uictoria sibi aditū cōparauit. Quas ob
res (ut multis uideť) satis quidē iuste hęc Euripi

Euripus.

uestri clades atq; calamitas omniū maxima maxie
q; deplorāda ē: quā digno uobis ac recto sūmi dei
iudicio euenisse opinātur / et dictitāt: ppter insoli
tam uestrā sacrarū rerū exactionē/ ac uexatā religi
onis iniuriā. Sic profecto et ppxime decursis tēpori
bus pclarissimæ illi totoq; terrarum orbe celeberr
mæ urbi Constātinopoli: quæ Romani quodā im
perii sedes extiterat: ob iniquiorē tamen cām eue
nisse meminimus. Nā et si nō sine magno cordis
dolore ea ifœlicissima clades recolēda sit: ob diuti
nā tamē ac iuereratā græcorū a uera fide discordiā
haud iniusto optimi dei consilio tā lugubrem cala
mitatē/ tāq; miserabile excidiū omēs ppeffam fuis
se testant. Quid Pisanorū euersio? qui supriorib;
tēporibus tāta potētia tamq; lato īperio gloriabā
tur: Nōne tā diu psp̄era eis cūcta successere: tā diu
īperiū suū terra mariq; integrū seruatiere: quo ad
rē diuinā summa obseruātia coluerūt. Postq̄ uero
ī res sacras/ ac sūmi dei ministros īpias manus inie
cere: tū demū multa aduersa/ multa icōmoda/ mul
tasq; ac maximas calamitates ppeffi sunt: Adeo ut
nō solū īperiū ipm turpiter amiserint: Verū et sub
hostiū misera redacti sint uirtute. Quo circa nei
mini sane mirandum est: si itidem nunc uobis et
Euboeæ insulæ uestræ infœliciter contigit: Vox

Constantino
polis quare ī
manus Turci

Pisē quare
Euersē.

Tristis euen-
tus expeditio-
nis Achaicę.
Vnde Euboę
clades.

q̃ppe oīum gētiū ē oīumq; populorū: expeditionē
uestrā Achaicā tā tristē tāq; īfēlicē euentū ob sacra-
rū rerū exactionē sortitā fuisse. Pariq; mō Eurip/
pi uestri cladē nuper acceptā ī eādē omēs referunt
culpā/eādēq; religionis iniuriā. Quā ob rē magno
pere si recte sentimus/si ad nostrarū rerū inspectō
nē rōne ducimur / magnopere inq; nobis p̃mescē
dū ē: si in hoc uestro p̃posito diutius steteritis / ne
reliq; ciuitates et īsulę uestre eādē sortē subeāt.
eandēq; uindictā. Neq; n. p̃seuerāte ruinarū causa
salutē afflictis reb; gigni/parari ue posse sperandū
ē. Hac itaq; et alia istiusmodi complura ubiq; pas-
sim frequēter audiui: quę enumerare/ac p̃senti ser-
mone cōplecti uelle lōgi admodū sup̃uacaneiq; ef-
fet negocii. At nūc id unū sat sit commemorasse:
multa neq; uario/neq; obscuro sermone cū maxi-
ma uestri clarissimi senatus nota atq; dedecore ob
insuetā istā sacrarū rerū cōpilationē ubiq; p̃ferri.
Quā ob rē (ut uerū fatear) ob singularē meū erga
īclitū uestrū diuinūq; senatū amorē et obseruatiā
nō mediocriter indoleo uicē uestrā. Vellē siq; dē ea
de uobis ac fēlici statu uestro libenter audire: quę
ad sūmā laudē/sūmāq; gloriā/ac splēdorē pertine-
rēt. At magno dolore carere nō possum cū aiad
uērto quorsum iam inclinet ac deuoluatur illa no

minis uestri tanta claritas / tantaq; celebritas: quæ
uniuerso orbe etiam apud remotissimos populos
incredibilis ferebatur: nec îmerito. Sicut enim mul
to antea tempore amplissimis diuitiis / maxima re
rum omniũ opulentia / summa gloria / summoq;
splendore hæc præclara ciuitas uestra ceteras ante
iuit: ita quoq; morũ honestate / uitæ sanctimonia /
iustitia / fide / pietate / religione / reliquisq; uirtu
tibus excellentissime prestitit. Quæ quidem opti
mæ disciplinæ postq̃ obliuioni tradi cœperunt. ita
quoq; illa nominis uestri tanta claritas / tantaq; ce
lebritas paulatim minui / paulatimq; deleri cœpit
pariter et extinguï. Verũ licet ego grauius et ini
quo animo perferã tot clades / tot calamitates / tot
uestros infœlices euentus / tot antiquæ gloriæ uestræ
atq; imperii detrimenta: quæ per totam fere profe
runtur Italiam: nõ tamẽ ab illorũ opinione omni
no dissentio (quod bona uenia uestra dictum sit)
qui insolitã hanc sacrarum rerum exactionẽ / præ
cipuam rerum male gestarum causam opinantur.
Cũ. n. nonnũq̃ mecum ipse cogito: ac priorũ tem
porũ transacta mête pcurro: i eorum pfecto sentẽ
tiam haud difficile adducor. Videtur siquidem
mibi (ut libera fronte loquar) quæ firma satis et
explicata ratione sentio inde uobis ac e pestilenti

quodam fonte omnia icōmoda | omnia uobis ad
uerſa manare: Quod palne ita eſſe unicuiqꝫ aper-
tum ſatis erit atqꝫ perſpicuum: ſi clariffimorum fa-
cinorum memoriam inſpectare uoluerit. Quis. n.
ut rerum geſtarum paulo altius initia reperamus
eſt tam inſcius? Quis tam rerum omniū penitus
ignarus? Qui neſciat q̄ mirificum | q̄ præclarum
q̄ qꝫ diuinum hæc res. p. ueſtra ī ſui primordio ini-
tium habuerit: q̄ magna deinde atqꝫ excellētia | ac
ſupra cōmunē conditarum urbium conſuetudinē
incrementa ſuſceperit? Omnia namqꝫ tanta pſpe-
ritate tāqꝫ fœlici rerum omniū ſucceſſu euenere:
ut omnia fere in ea ſtatim pariter excreuiſſe: et ad
ſummū gloriæ faſtigiū pueniſſe uideantur. Nō ſo-
lū. n. ſummis diuitiis preciōſarū rerū omniū uarie
tate: ſumptuoſiſſimis magnificiſqꝫ tectorū ſtructu-
ris | incredibili nauiū numero | miroqꝫ ac ſplēdido
earū apparatu hanc ciuitatē ueſtrā breui temporū
decurſu uniuerſo orbe celebrem reddidiſtis: Verū
etiam lōge lateqꝫ terra et mari imperium ueſtrum
propagaſtis: diutiusqꝫ q̄ ullæ unqꝫ gentes pro ſin-
gulari ueſtra ac maiorū ueſtrorū ſapiētia integrū
fœliciſſime conſeruaſtis. Adeo ut neqꝫ totius Italiæ
arma quæ uniuerſi orbis domina atqꝫ regina de-
ſcribitur ulla ex parte illud unqꝫ labefactare potue

rint. Quæ nam igitur tantarum prosperitatû: quæ
tot felicissimorum successuum extitit causa? nisi
propterea quia nulla unquã ciuitas fuit: in qua aut re
ligio magis culta/aut iustitia diutius et sanctius cu
stodita fuerit. Id autẽ sine adulatione dictum exi
stimari uelim. Videor. n. mihi pro rei merito pa
rum ẽt dixisse: et sermonẽ ipsum superari magni
tudine rei. Quis enim nõ admiretur? Quis nõ sũ
mis laudibus efferat præcipuũ illum singularemque
maiorum uestrorum in diuinis rebus ardorem: ma
ximam et inuiolabilem iustitiæ ac religionis obser
uantiam: Sũmam erga pauperes Christi munificẽ
tiam: Inextimabilẽ illam erga templorum cultum
atque splendorem liberalitatem? Huiusce uero rei in
hunc usque diem optima testis est nõ modo proba
tissimorũ grauissimorumque uirorum recẽs memo
ria. Verum etiã id ipsum cumulate declarant orna
tissima templa / ampla ac sanctissimis religiosis re
ferta monasteria: quæ ante actis temporibus ex so
lis maiorum uestrorum oblationibus et elemosinis
constant fuisse constructa. Nam et si semper in his
quæ ad dei cultum ac religionis obsequium et ob
seruantiam pertinerent liberales haberentur pari
ter ac deuoti. Cum tamen istius modi calamitati
bus premerentur ac talibus afficerentur angustiiis:

Mira prisco
rũ Venetorũ
religionis ob
seruantia.

tum maxime præcipuum sibi e caelo subsidium bonis operibus exposcebant : tū maxime largissimis elemosinarum distributionibus magna fide / magnaq; deuotione deum sibi bonorum omniū largitorem placare cōtendebant . Quā uero disparia et ab illis dissona nunc tēpora subsequuta fuerit : q̄q; dissimilis ac pene contraria erga religionē cultumq; diuinum successerit obseruantia / aliorū nūc malim id esse iudicium . Res enim adeo illustri ac propatulo sita est loco / ut facile unicuiq; possit eē perspicua . Sed de his posterius . Nūc redeo ad maiorum uestrorum tempora : qui ut antea diximus talibus presidiiis cōmuniti tum demum aduersus hostes pro statu pro imperio suo bella subibāt : tū ad certamen exhibant : tum animo intrepido pugnā capessēbant : neq; prius ad patriam remeabant : q̄ profligatis deletisq; hostibus uictoriam certam / ac spolia reportarent . Quam ob rem non immerito laudatur ille . F. Camillus : qui Populum Romanū auctore Liuiο ad hoc ipsum plurimum hortabatur . Intuemini enim inquit Quirites horum deinceps annorum secundas res uel aduersas : et omnia prospere diuina nobis sequentibus numina aduenisse inuenietis : Aduersa uero et horrida spernentibus subsequuta fuisse . Quanto nunc igitur meliore

F. Camillus
Liuius,

loco staret: Vestra quoque res publica Serenissime
Princeps: si maiorum uestrorum erga religionem
optimas disciplinas/ optimaque instituta uobis imi-
tanda proponeretis? Quanto sapientius ac prae-
stātius regeretur: si eorum summa prudentia / et rerū
a se bene gestarū exemplo doctiores fieri niteremi-
ni? Profecto non uos tot bella/ non tot incōmoda
non tot pericula/ non tot infestarent aduersa: Sed
ut olim fuis ac circūquaque debellatis hostibus ue-
stris uictoriā ac gloriosa reportaretis trophea. At
si minus hoc tempore prospere minusque felicius
quā expetitis et optatis uobis res uestrae succedunt:
mirum sane id nulli uideri debet: cum maiorū ue-
strorum optimae sanctōnes parum quidem prudē-
ter paulatim obliuioni mandari cōperint: cū reli-
gio ipsa / ac sacerdotum reuerentia lōge minus so-
lito: minusque quā uti par erat excolatur in uobis. Sed
ignoscere oro si quid durius uobis uideor protulisse:
ita enim multi imo pene omnes: qui ratōnis du-
ctum sequi uoluerint: sentiunt. Ad uestram. n. uti-
litatem omnia ista prosequor: ea propter ad ueniā
mihi faciliores esse debetis. Sed iam reuertatur un-
de excidit sermo. Ea itaque parū docte a uobis sen-
sim obliuioni tradi antea diximus: et recte quidē.
Ea namque sola fuerunt: quae uos superiori rēpore ac

rem pñ. uestřā ad tantā sublimitatē/ ad tantā glo /
riam/ tantūq; splendorē fœliciter euexerunt. Quā
ob rē haud iniuria desiere nunc fœlices uestri suc /
cessus: desiere antiqua trophea: desiere pristini uic /
toriarū triumphī: desinere cœpit et tātā uestřā glo /
riæ claritas: desinere deniq; cœpit et illa pariter no /
minis uestri tanta auctoritas/ tātāq; maiestas: quæ
toto orbe haud obscure celeberrima uagabatur .
quæ cunctis populis/ et gentibus uniuersis/ regibus
atq; principibus nō īmerito admirationi esse pote /
rat atq; formidini. Nūquid nō ista ppenditis Cla /
rissimi Veneti? Nūquid nō ista cogitatis? Nūquid
non ista magnificitis? Id unū oro parūper aduerti /
te: id unū mētis acie parūper inspicite: id unū inq̃
testātē cōscientia uestra parūper attēdite. Quot ui /
ctorias/ quot trophea/ quot ex hostibus spolia re /
tulistis/ quot in hoc tā diutino bello fœlices euētus
expertī estis/ ex quo tā insolitū/ tāq; uobis pestiferū
cōsiliū excogitastis : Vt nequaquā uerendū esse ar /
bitrarentini ī res sacras/ ac deo dicata bona uestras
extēdere manus. Quæ quidē uobis (mihi credite)
in his tātis periculis/ ac necessitatibus uestris/ nullū
subsidiū/ nullūq; prorsus allatura sunt adiuēmētū.
Et si aliter multis forte uideatur: qñ īmo ueluti pe

stis quædã sœuissima: quæ mortifera cōtagione sua
uicina ac proxima quæq; inficere / et maculare cō/
suevit: ita hæc quoq; uestros apparatus et copias
(quod pius deus auertat) ad interitū / pernitiemq;
deducent. Non tale pfecto consiliū inisset Cæsar
ille: licet esset a uera religione semotus: qui ut in
eius uita pulcherrime scribit: cū in aruerniã forte
contēdisset: Aruerni uero tãq̃ raptū a summo im
peratore spoliū suspensum in templo gladiū Cæ
saris cōmostrarent: eundē tunc locū ingressus gladiū
ipsum conspicatus subridēs obmutuit. Cūq;
amici eum detrahi inde iussissent: id nequaquā fieri
Cæsar permisit. Et optime ac religiose quidē. Eū
nāq; sicut et cætera quæq; tēplorū ornatui / ac cul
tui dedicata: aliã rē sacrā existimabat. Quā ob rē nei
quaquā fas esse censebat talia amplius manibus mor
taliū esse cōtingēda: et in alios usus humanos esse
quandoq; trāsferēda. Nō sic quoq; maiores uestri
profecto fecissent: nihil tale unquā excogitassent:
Non tale consilium inissent: prisci illi summa pru
dentia / summaq; sapientia præditi: qui nullo imi
nente periculo / nullis aduersis / nulla demum nei
cessitate adacti: tale sibi unquam subsidium asci
scere noluerunt: et prudentissime quidem:

Cæsar's re
ligiomagna

Precipua
rei Pu. gu/
bernacula
Religio atq;
iustitia.

Intelligebant enim cuiusq; rei pub. optima guber-
nacula: quibus conseruatur/ augetur/ et propagat
imperiu. duo praeipua esse/ religionē scilicet atq;
iustitiam: quibus quidem stantibus et imperiu sta-
re necesse est: et pariter cū labētibus labi. Huiusce/
modi itaq; artibus/ et institutis magis q̄ armis im-
perium hoc/ quod terra mariq; latissimū est: facile
parauerunt. Vbi uero hae artes et optimae discipuli/
nae labi ac declinare cœperunt: illico imperiu quo/
q; ipsum magis ac magis minui/ ac retro fluere cœ-
pit. Quae quidem omnia ad religionem sacrarūq;
rerum diligentio rem cultū et obseruantiam (si reci-
te inspicere uolueritis) uos non mediocriter admo-
nere ac impellere debent. Neq; uero solum exem-
pla hae uestratia rerum male gestarum optimo do-
cumento uobis esse possunt: Verum etiam maxi-
ma illa antiquorum cura/ summaq; diligentia/ et
obseruantia: quae diuinis rebus earumq; cultorib;
cumulatissime semper est habita. Apud ægyptios
namq; auctore Diodoro cū uectigalia omnia tres
in partes æquissime diuiderentur: primā sibi partē
sacerdotes uendicabant: tantaq; apud eos auctori-
tate erant: ut eorū consilio et auspicio cuncta gere-
rentur: imunesq; et ab omni prorsus onere liberi
secundum post reges dignitatis locum obtinerēt.

Diodorus .

Aegyptiorū
religio in sa-
cerdotes .

Indi uero cum uniuersum populū in septem tribus diuiderent : primā sacerdotū tribū constituiebant : quā qdē ab omni opere et onere liberā sūmo cultu summoq; honore dignabantur . Sed athiopes sententia mea deorū cultu / et obseruantia omnes antecelluisse omnesq; facile superasse uidentur . Apud eos .n. sacerdotes / tēplorumq; cultores tanto in honore fuerunt: ut ex ipsis solū regum sumeretur electio . Quodq; incredibile dictu uidetur tāta fuerint auctoritate / tantaq; illis fides adhibebatur : ut cum sibi uideretur regibus nunciarent : ut mortē appeterent / ita .n. dicebant deorum suorū iubere responsa : Quam ob causam omnes reges usq; ad Ptholomei secundi tēpora / ipsis sacerdotibus non ui neq; armis coacti : sed ex ueteri quadā consuetudine ipsa uicti superstitione sponte paruissē / et mortē oppetiissē traduntur. Quā ob rem hunc suā tantā pietatis in deos gloriantur fructū / mercedemq; tulisse: q; nihil illis hostilis incursus: nihil unq; inimicorū illis crudelitas obfuit. q; nunq; sub externarū gentiū sunt potestate redacti. Nam Cambises Persarum rex potentissimus: cum infestissimo bello eos semel aggressus fuisset : maxima suorū strage accepta totum pene exercitū turpiter amisit. Hercules ac Dionysius toto orbe peragrato

Indorum
religio in sa
cerdotes.

Ethiopū reli
gio in sacer
dotes omni
um maxia .

Ptholome
us secūdis

Indi
religio

Cambises .

Hercules .
Dionysius .

Genesis
liber.
Ingens
fames.

Ioseph patri
archa.

Ethiopes pp eorum summā religionem itactos reliquisse feruntur. In sacris quoq; codicib; nostris idem ferme traditur. In libro namq; Geneseos legitur: superioribus sæculis tam uastam tamq; iauditā famē uniuerſum orbē inuaſiſſe: Vt nuſq; pene frumenta ſeu cibaria alia inuenirent: quibus indigentium poſſet inopiæ ſubueniri. Ea itaq; famis rabies ꝓ ægypti maxime regionem uehementer oppreſſerat: et in ea crudelius ac dirius craſſabatur: Adeo ut eiufdem regionis incolæ prædia ſua poſſeſſiones tecta omnemq; ſuppellectilē pro emendis alimentis diſtrahere cogerentur. Quæ cum ob famis diuturnitatē atq; ſæuitiā: eos quoq; deſeciſſent: poſtremo ne ob ciborum inopiam miſero cruciatu et inaudito mortis genere uita excedere cōpellerentur: ſe ipſos quoq; poteſtati regiæ addixerunt. Quam ob rem Ioseph ille ſanctiſſimus regis ꝓfectus cum iam immenſam annonæ ad hoc ipſum copiam ante præparaſſet omnē terrā ægypti ſacerdotali dūtaxat excepta cūctosq; populos ſub poteſtate redegit Pharaonis. Ex quo quidē tempore uſq; ad Moïſem ſacro id atteſtante elloquio quinta pars omniū fructuū in tota ægypti regione regib; ſoluebatur. Quæ autē ad ſacerdotes tēplorūq; cultores ꝓtinebāt: ea ꝓſus ab hac lege imunia ꝓman

serūt. Non solū. n. ingētia illis p̄dia cōtulerat Pha-
rao: Verum ēt ex publicis horreis toto famis rēpo-
re statuta illis cibaria p̄buit. Qua pp nequaq̄ sicu-
ti ceteri omnes possessiones suas ac utensilia reli-
qua uendere cōpulsi sunt. Quid Romanos cōme-
morē? Non ne apud illos amplissima sacerdotia sa-
crorū ministris constituta erant? Non ne summū
illis studiū summaq; semp uigilantia fuit non ser-
uandæ solū uerum ēt āplificandæ religionis? Om-
nia nāq; ut placet Valerio. Max. post religionē po-
nenda illa ciuitas duxit: adeo ut ipsis sacris summi
quoq; magistratus seruire non dubitarent. Ita de-
mū se humanarū rerum imperiū ac principatū as-
sequuturos existimabant: si diuinæ potentia religi-
ose fuissent famulati. Verum qd nunc ista ulterius
psequar: cum oīa non solū sacrarū litterarū ue-
rū ēt barbarorū uolumina istiusmodi monimen-
tis et exēplis plena sint atq; ex omni parte referta?
Itaq; uos ea legite: ea pcurrite diligenter: neq; sicu-
ti aiunt qdā sacerdotes deiq; ministros ueterū exē-
plo inopes et mēdicos ēē debere cēsebitis. Sed cōtra
facilius iuēietis nullū ūq̄ tēpo: nullāq; atate extitisse:
i q̄ sacerdotes tā illiberaliter et idigne habiti fue-
rint. At q si prisci tā diligētes tāq; religiosi i errore
fuerūt: quales i summi ueriq; dei cultu futuros fuiss-

Romani in
sacerdotes
quales.

Valerius Ma-
ximus.

ign. A. 8.
amit?

Abbas
ad Romanos
ad Romanos
ad Romanos

se arbitrandū est ? Quales et nos quoq; esse debe-
 mus: qui non falsa idola / non demonia colimus / ut
 illi: sed maximū illum cali terræq; ac cūctorū opi-
 ficem ? Quā ob rem uellē pfecto serenissime prin-
 ceps pro meo in te ac uestrā rem Pu. studio / ut et
 animus tuus / et eorum qui in ea opinione uersan-
 tur / aliquando ad salubriora consilia capiēda ex-
 ga templa tēplorumq; cultores / et illis dicata bona
 respiciēcerent ; et si non maiorū exemplo : At saltē
 recentibus malis uestris / et rebus infœliciter gestis
 ad id plurimū excitari debetis . Vereor . n . ego nō
 parum ac pertimesco : ne si diutius uobis ea mens
 idemq; propositū infederit: pati ēt acerbiora cogi-
 mini cum melioris sententiæ uiri nonnulli ea uo-
 bis pmittant. Sic . n . et cōpluribus aliis infœliciter
 accidisse memoriæ proditū est . Refert siquidē di-
 uus Augustinus in eo quē de ciuitate dei edidit li-
 bro . Cum Rome pestilentia quxdam grauissima
 mulietū simul ac pecoris exorta fuisset : adeo ut p
 morientiū multitudine iam defecturum genus ani-
 maliū crederetur . Hiems isuper illa tam incredibi-
 lis frigoris imāitate sauirer: ut horrēdæ altitudinis
 niues p dies quādragita pter solitū in foro duraue-
 rint: et Tiberis plurima glacie cōstringerē: tum fe-
 runt fuisse responsum: q; ea esset pestilentia causa

. S . Augu-
 stinus .

Pestilentia
 ex retentiōe
 bonorū ec-
 clesiasticorū .

ga plurimas ædes sacras multi priuati occupatas tenerent. Quibus postmodū restitutis: tum demū tot clades/tot p̄digia cessauere. Quintus ē Fuluius flaccus auctore Valerio memorabile ob contēptam religionē exemplū posteris dereliquit. Hic.n. quī censor: nequaquā tamē tulit īpune: q̄ ī eo ip̄o magistratu tegulas marmoreas ex Iunonis Locriæ tēplo in eam quā Romæ extruxerat adē fortunæ īpie transtulisset. Nam post hoc factū haud īmerito aduersa est mentis ualitudine captus: neq; deinceps ferunt rationis usum habuisse: sed p̄ summā animi egritudinē eum paulatim cōtabuisse ac miserime expirasse memoriæ traditū est: cum ex duobus filiis in illirico militantib; alterū audisset e uita migrasse: alterum uero crudeli morbo affectum grauissime torqueri. Quo quidem casu Senatus Populusq; Romanus non mediocriter commotus publico decreto censuit: easdem tegulas fore locris deferendas: ut eo pacto et impium censoris opus emendaretur: et præclarum posteris exemplū præberetur: immortalī deo semel dicata haud unquā esse absq; nefario scelere submouenda: aut in alios etiam honestos et optimos usus transferenda: Si qui uero religione posthabita id impie presumpsissent non sine graui stomacho Senatus se id pa-

.Q. Fuluius flaccus obceatus p̄p̄ direptionē sacrorū

Agēfilai reli
gio magna
in templis .

tratuos cognoscerent: meritaſq; pœnas ſe quando
que daturus. Cōtra uero de Agēfilao clariffimo i
peratore ab Xenophōte philoſopho egregie lucu
lenterq; deſcribitur: q; ipſe ſemper templa quæ ē
erant inter hoſtes ſummo ſtudio ſūmaq; diligētia
uenerabatur: exiſtimans imortalē deū nō inter ami
cos ſolū ſed ē inter hoſtes pia religione colendū.
Pariq; modo dei ſupplices atq; cultores ē inimi
cos nullo penitus pacto uexari patiebat . Abſurdū
quippe ac imaniſſimū ſcelus eſſe dicebat: ut quicq;
ex tēplis delubriſq; diuinis unq; demeretur: aut eo
rum ſacerdotes damno ſeu aliquo afficerentur in
cōmodo . Qua pp capīali admodū odio tales im
pios taleſq; ſacrilegos ſemp̄ inſectabat . Hoc nā
q; pacto et hoſtes debellare et exercitū ſuū ſtrenue
deducere poſſe ſperabat . Qd̄ qdem ita eē ex eo
facile ſatis conici potest: qd̄ de Mitridate in uita
Luculli a Leonardo Iuſtiniano nobili cōpatritio
ueſtro e græco in latinū traducta p̄clare deſcribit̄.
Dū. n. hic pedeftrib; naualib; q; copiis urbē Cizi
cenorū Populo Ro. confederatā ingenti manu eſ
ſet aggreſſus : oborta illico tēpeſtate deficientibus
q; cibariis a Lucullo turpiter p̄fligatus eſt: maxia
exercitus ſui parte in ea pugna trucidata atq; con
ſumpta . Mitridates uero dum ſaluti ſux ſola fuga

Mitridates a
Lucullo ob
templum Di
anæ expolia
rū p̄fligatus
Ciziceni .

consulere nititur: tam ualida iterū tēpestas ob-
tus est: ut relictā nauē quæ ob pcellæ magnitudinē
iam iam naufragiū subitura uidebat se se necessi-
tate coactus pirratis cōmitteret. Eam uero tantā
cladē tantamq; calamitatē ferunt non īmerito illi
intulisse Dianā: quā ueluti deā et aliqd ī se numi-
nis habere arbitrabant: quia uidelicet īpiis manib;
maxima cū religionis iniuria atq; dedecore eius te-
plū expoliare: eiusq; simulacrū inde detrahere p-
sumpsisset. Non minus sane horrendū in Roma-
norū exercitu ob similē causam aliud cōtigisse me-
morat. Nam cū Carthago illa Romanis inimicis
fima ui tandē ab eis esset oppressa: Romanus mi-
les quidā contēpta religione in ea ipsa urbis direp-
tione sacrilegiū pēpetrare non timuit. Appolli-
nis .n. statuā qui ueluti deus ab omnibus colebat
aurea ueste nudauit. Sed nefarii sceleris debita sup-
plicia diutius non effugit. Nam sapienti iustoque
cōsilio egit æquissimus deus: ut sacrilegæ manus
inter fragmenta uestis inuenirentur abscessæ: quo
doctiores in posterum ceteri redderentur: q̄ maxi-
me a rebo sacris atq; diuinis abstinēdū esset. Ex sa-
cris quoq; libris istiusmodi exēpla q̄ plurima affer-
re possumus: p̄cipue uero ut ī Machabeorū libris
continet pulcrū nobis ac p̄clarum p̄stat exēplum

Cautingo.

Militis cuius-
dam Ro. ma-
nus ob sacri-
legium inue-
te abscessæ.

Anthiocus
rex ob con-
temptam re-
ligionem a
deo ꝑcussus

Anthiochus rex ille scelestus : quí tanta superbia /
tantaqꝫ arrogantia se supra humanũ modum extu-
lerat: ut sibi êt uideretur fluctibꝫ maris posse impi-
tare: et ipsa cali astra cõtingere. Hic itaqꝫ cõtemp-
ta ueri et æterni dei sacra religione / maximũ illud
ac celeberrimũ iudeorum tẽplum sacrilegis nefan-
disqꝫ manibus expoliare non timuit . At qui diuini
nam ultionẽ: quã se facile effugere posse sperabat
diutius non euasit . Subito namqꝫ tam dura tãqꝫ
horribili ꝑcussus est plaga: ut de ípiissimi corpore
uermes scaturirent: et horrendo admodũ cruciatu
uiuentes eius carnes effluerent . Hac igiŕ tam ma-
nifesta tamqꝫ diuina ultione cõmonitus ad sui tan-
dẽ cognitionẽ deductus ẽ . Postremo uero cum su-
um ipsemet fetorẽ ac cruciatũ ferre non posset: iui-
stũ est inquit subditũ esse deo : et mortalẽ non pa-
ria deo sentire. Templũ insuper cuius paulo ante
ornamẽta ac ꝑciosissima uasa impie abstulerat se
multis optimisqꝫ muneribꝫ ornaturũ eẽ ꝑmisit: ip-
sosqꝫ sũptus ad sacrificia ꝑtinẽtes de redditibꝫ su-
is se cumulate ípensurũ: et se insup iudeũ facturũ
esse sponpondit. At cũ ob ímania scelera maximaqꝫ
sacrilegia sua misericordiã cõseq idignus existeret
scelestẽ uitã digna morte finiuit. Ast heliodoro re-
gis legato ut í eodẽ libro legiŕ simili cã eadẽ prope

Anthiochi
mors.
Heliodo-
rus .

contigere . Is namq; a rege ad diripiendam tēpli
pecuniam missus: dum iniunctum sibi negotium
strenue perficere nititur: quicūq; eius sacrilego im
perio parere ausi fuerunt: extemplo diuina quadā
uirtute ruentes in dissolutionē formidinemq; con
uersi sunt. Heliodorus autē e cālo quodam sibi nu
mine apparente subito in terram deiectus uariis ē
confectus uulneribus: Quā ob rem omni salutis
spe destitutus ex eo ipso loco quē paulo ante sum
ma superbia summaq; iactantia īgressus fuerat ma
xima satellitū stipante caterua a paucis postmodū
semianimis extractus est : Sed paulo post reddita
sibi sacerdotum orationibus pristina insperataq; sa
lute: cum multa uouisset īfecto negotio ad regem
cum exercitu remeauit: Vbi cum ea quā sibi appa
ruissent e cālo/et quā ī se ipso expertus fuisset opa
magni dei ubiq; priuatim ac publice testaretur :
a rege interrogatus est: quis nam hac de causa Hie
rosolimā iterū mitti sibi aptus uideretur . Si quē
inquit habes hostem aut regni tui insidiatorem il
luc eum transmittito . Eum enim si tamen uiuus
euaferit flagellatum recipies:q; in eo ipso loco ue
re sit quadā uirtus cālestis atq; diuina. Nam maxi
mus ille cāli terraq; creator:q; sūmo consilio sum
maq; sapientia omīa regit moderať atq; gubernat

Heliodorus
a deo pcul
sus . —

Heliodori
uera confessio

Experto cre
dendū tibi.

Qualiter
habeatur sa
cerdotes ho
rū temporū

eiusdem loci custos / acerrimusq; defensor existit.
Quisq; igitur spreta religione uim aliquam eidē
intulerint: impias ue in eum manus iniecerint: ne
quaq; sibi putent impune futurum. Tales et. n. eo
usq; insequitur: uariisq; calamitatibus et cruciatu
bus afficit: quoad perpetrati facinoris luant meri
tas pœnas atq; supplicia: huius uero rei ego ipse op
tinus testis existo: qui hac de re paulo ante in me
metipso periculū feci. Vereor profecto Serenissi
me princeps: ne quod Heliodoro accidisse diximus:
id quoq; qui sacrarū rerum tributa exigunt aliquā
do ifœliciter eueniat: tū quidē quia id agūt: a quo
si recte saperent procul dubio abstinerēt: tū uero
maxime quia id ipsum a plerisq; sūma immodestia:
nullaq; religionis aut inopix habita ratione agit.
quod tamen ab illius uestri inclyti sapientissimiq;
senatus uoluntate lōge arbitror abesse. Vt scilicet
in huiuscemodi exactionibus sacerdotes / deiq; mi
nistri: qui perpetuo studio cultui diuino p̄ omniū
salute uacant: aliquā prorsus iniuriam patiantur.
Verū id priuatorū cōsiliis fieri magis ascripserim:
q; hoc quidē pacto hocq; inhonesto ministerio il
lustrissimo Senatui uestro gratificari cupiūt. Qua
pp̄ se in exigendo austeros rigidos et inhumanos
p̄stare conantur. Nisi. n. ad diē prefixū pecuniæ p̄

sto sint: ad sunt saui exactorū ministri: i miseros sacerdotes ipetū faciūt: cōuiciis lacerant/ obprobriis onerāt: cōtumeliis uariisq; calūniis sauciant: Eorū substantiā ac suppelectilē asportāt/ diripiūt: auctōnibus uendūt: plus fere ī p̄dā q̄ in solutiōnis sortē cedit. Heu omībus retro seculis inaudita īpietas. O sūma crudelitas omni supplicio uīdicāda. Hāc nē xp̄iano nōi conuenire censenda sunt? Existimare debemus deū tāta facinora cōtēnere posse? Cetera qdē peccata et si grauiā: ueniā tamē aliquādo placato deo cōtritionē merent: Sed ubi rebus sacris uiolētas manus inieceris: tū deniq; deum iratū expaueas. Adest. n. subito uīdex īpietatis: ac debitas poenas illico districto et horrēdo iudicio reposcit. Nūc uero ad huius rei maiore certioremq; scientiam satis cōmode referri posset infelicitissima. Cn. Pompei clades atq; iactura: cui primo tantum fauit atq; arrisit secunda fortuna: ut iuxta Ciceronis sententiam nemo unquā tam imprudens arbitrandus sit aut fuerit: qui a deo īmortali tot ac tantas res tacitus auderet optare: quot et quantas ad Cn. Pompeium plenissime deus ipse cōtulerit. Verum tamē quia secundum Liuium patavinum ac Iosephum totius hebraicæ historiæ scriptorem luculentissimum templi Hierosolimitani facultates ac dona

Ingens impietas.

Cn. Pompeius.

Cicero.

Liuius.
Iosephus.

Pópei exi /
tus ob tem
plū Hiero
solimis ex
poliatum .

M. Crassus

M. Crassus
ob tépli Hie
rosolimitái
direptiõem
ppria ma
nu pofusus .

profana impietate diripere conatus est: miserandū sibi postea exitum comparauit. Quā enim tristi ac infœlici pugna in Thesalia aliisq; locis cum Iulio Cæsare decertauerit: nec non q̄ miserabiliter a puero Ptolomeo in quo maximam ac præcipuā spē collocauerat occisus atq; truncatus fuerit satis ex ploratū habemus. Paria ac ut sic dixerim sororia istis etiam. M. Crasso contra Parthos Romanis infestos bellum gerenti euenere. Is enim ad bellum proficiscens cū illud idem iudeorum templum diripuisset: atq; sicuti Iosepho placet inter cætera auream trabem templi centum et quinquaginta minarum auri confregisset: et i militum sumptus impie conuertisset: adeo infœlici postmodum et infauitissimo bello cuncta ipsos Parthos decertauit: ut iter maximas ac grauissimas Romanorū clades ac iacturas non immerito connumeretur. Primo. n. filius optimæ indolis ante cari parentis oculos Parthicis telis extinctus est. Plurimæ deinde pulcherrimæ legiones totius Romanæ militiæ decus miserabili sunt strage confectæ. Multa preterea eorū signa hostilibus manibus intercepta: reliquus uero exercitus qui tantæ cædis superstes extitit quemcunq; rapuit fuga in Armeniā Ciliciam Siriamq; distractus est. Postremo Crassus ipse satis q

dem iusto optimi dei iudicio ab hostibus captus
crudeles sibi magis delegit manus inicere: q̄ uiuus
barbarorū manibus turpiter abduci: Nam uirgā
quandam qua equum urgebat in oculū suum ipe
met altius ipressit: Sicq; confossus duro mortis ge
nere impiam animam efflauit. Cum uero perditū
eius caput una cum dextera manu a barbaris esset
abscisum/ et ad regem Aristonicum deportatum:
summo hostibus ludibrio fuit: et uti uiro de rebus
sacris pessime merito aurū liquidū in os eius iustis
sime infusum est: Vt cuius animus nefaria sacri au
ri exarserat cupiditate: etiam eius mortuum et exā
gue corpus auro ipso adureretur. Talia sunt igit
munera/ talia premia / talisq; mercedis retributio
eorum qui res sacras diuino cultui dedicatas dirri
pere sibiq; uendicare: aut in alios eas usus distrahe
re presumūt. Verum sicut istis ob contemptam re
ligionē graues ultiones legimus iflictas: ita quoq;
piis cultoribus ingentia p̄mia foelicesq; rerum suc
cessus æquissimo dei iudicio fuisse concessos. De
Alexandro quippe Macedone inuictissimo rege
memoriæ proditū est: eum erga res sacras cerimo
niasq; diuinas liberalissimū semper ac munificen
tissimum extitisse. Cū enim adhuc admodū iuue
nis esset ætate inter sacrificandū utraq; manu thui

c. i.

Crassi mor
tui in os ob
maiores uin
dictam aurū
liquidū fusu

Alexander i
res sacras li
beralissimus

Leonidæ in
Alexandri
redargutio.

Alexandri
pulchra re
sponsio.
Aurea uerba

Alexandri in
sacerdotē ia
dum ingens
humilitas.

ra ac preciosa odora menta pro ipsis sacrificiis diu
nis exciperet: tum Leonidas inquit. O Alexander
cum terris ferentibus aromata imperitabis: hoc pa
cto tam large tamq; effulse euaporare poteris. At
impresentiariū consulte rebus utere parcius. Tum
Alexander. O Leonida id a te potissimū expeto:
Vt si secunda peroptas: cum sacris numinibus par
cus esse desistas. De eo quoq; in Iosepho legitur:
sicut et in aliis quoq; ueteribus historiarum moni
mentis passim traditur / multa ac insignia sacratis
simo illi iudeorum templo eum munera cōtulisse:
et maximo deo nostro / propriis manibus immolaf
se. Tanto insuper honore / tantaq; reuerentia Iad
dum summum illius templi sacerdotem prosequu
tus est: Vt etiam humi stratus eum adorarit. Ius
sit deniq; ut iidem sacerdotes / templiq; ministri:
quicquid uellent libere poscerēt. Inter cetera ita
q; ingentia dona: hoc quoq; illis contulit: ut genti
illi perpetuo patriis liceret legibus uti: nec non ut
per septem annos / uniuersa iudeorū gens ab om
ni prorsus tributorum onere libera esset / et immu
nis. Postremo uero statuit: ut quisquis ex habreo
rum gente secū militare decreuisset: summa huma
nitate / summoq; ab omnibus honore coleretur.
His itaq; omnibus hoc modo pactis: quasi diuina

uirtute cōmunitus / magno tunc animo aduersus
 Indos strenue mouit exercitū / summaq; et incredi-
 bili celeritate Porru illum potentissimū / ac pene ī
 superabilem indorū regem insigni uictoria supera-
 uit. Non possum profecto hoc loco insignē illum
 Themistoclē non summis attollere laudibus : quē
 inter ceteras eius illustres / maximasq; uirtutes / q
 bus egregie præsinit hac precipue religionis / diui-
 narumq; rerum obseruantia ceteros ætatis suæ ui-
 ros antecelluisse constat . De eo quippe memoria
 proditum est : q cum a publicis rebus gerendis ua-
 cuus esset si quid sibi ocii daretur : illud plerunq;
 ad splendidos sacrarū ædium apparatus / et deorū
 tēplis affixa donaria / curiose et accurate uisenda
 cōferre solebat . Quare omni diligentia / omniq;
 cura inspectabat : ne quid unq; quis demoliretur :
 ne qd usq; deesset : qd ad deorū religionē / et cultū
 optime nouerat p̄tinere . Quā ob rem si ii de q /
 bus nunc diximus tam deuoti / tamq; religiosi sup-
 stritiose diis falsis obsequendo fuerunt : q̄ro magis
 nos Christiani id agere debemus : qui ueri et æter-
 ni dei cognitionem tenemus ? Qua inq; cura / qua
 diligentia / quo studio / quo conatu / qua pietate /
 et obseruantia excolenda nobis est uera et indu-
 bitata religio ? Qua uerus ille cæli terraque

Alexander
 pp sacerdo
 tes bene habi
 tos / Porru
 Indorum re
 gem uicit .
 Themisto
 des omnium
 ætatis suæ re
 ligiosissimus

lib. ii. c. ii.
 de uirtutibus
 et uitiis
 Themistoclis

creator / et rector colitur / et adoratur: Qui non so-
lum nobis cuncta hæc terrena / ac temporalia bo-
na / felicesq; rerum euentus sine cuiusq; adminicu-
lo iugiter prestat: Verum etiã animis ipsis / cum e-
corporum custodia exceßerint beatam immortalitatem / ac æternam tribuit felicitatē si tamen uitā
hanc recte laudabiliterq; duxerimus: quæ quidem
dii illi gentilium non solum cultoribus suis presta-
re non poterant: Verum etiã in nullo prorsus abs-
que dei nutu illis pdesse aut obesse ualebant. Si
qua uero cōmoda / aut etiam detrimenta eos ali-
quando hominibus legimus intulisse id solius dei
et eo quidem equiori quo secretiore euenisse per-
missione firmiter sentiendū est. Neq; enim quic-
q; in hoc mundo fieri aliquando potest absq; eius
imperio: qui solus est omnium rerum fons / origo /
primumq; principiū: qui solus hunc mundum re-
git / moderatur / et mouet. Quo circa longe qui-
dem maiori studio propensioriq; diligentia nobis
enitendum est: si deum ipsum bonorū omnium
largitorem optamus habere propiciū: ut religio-
nis / ac diuini cultus integritas accuratius obserue-
tur: ne quid impium erga templa / ac deo dicata
bona / ne quid a nobis erga sacerdotes / deiq; mi-
nistros peragatur indignum. In quod quidē im /

Qualis esse
debet qui deū
uult habere
propiciū.

pietatis genus si quando prolabimur certo noueri
mus eadem nobis infligenda eē supplicia: quæ fal
sos illos deos: immo uerū deum per ipsos contēpto
ribus suis intulisse antea diximus: et eo quidē atro
cius et grauius: quo maior est / ac scelestior offen
sa ueri summique dei quā demonū falforumque deorū.
Quam ob rem animaduertite nunc quæso Claris
simi Veneti . Animaduertite in quā æquo / claroque
rationis intuitu : quā prospere ac secunde / deum ac
ipsa dicata bona uenerantibus omnia successere :
Quam etiam infœliciter / contēnentibus / uel im
pie profanantibus: neque mirū uobis profecto ui
debitur: si parum prospere uobis res uestre succe
dunt: si qua incōmoda / ac pericula: si quam cladē
ac calamitatē: si quam iacturā et pressuram susti
netis . Non . n . eiusmodi sunt hæ uestre diuinarū
rerum exactiones: quæ uobis dei omnipotentis au
xilium implorent . Non quæ imminentē uindictā
et ultionē auertant . Non tales proculdubio sunt
quæ uobis uictoriam ac fœlicem euētum belli pro
mittere queant . Longe profecto uos uestra fallit
opinio : Si sic opinamini : si sic uobis persuaderis
uestro (mihi credite) uos in quā uestro mucrone cō
fiscitis . Neque enim hæ uobis ut antea diximus / ali
quod afferunt adiumentum sed magis perinde / ac

Trogus Pó
peius.

Brenus dux
Gallorum.

Brenus ad di
ripiendum
apollinis tē
plū propans
Dei iudicio
uulneribus
multis affec
tus se ipsum
interficat stra
to prius exer
citu.

Pyrrhus sa
cros thesau
ros asportans
nauffragium
passus eos re
stituit.

letale uenenum plurima detrimenta / maximasq;
iacturas. Non hæc deniq; diuinā iram demulcent:
sed puocant magis / et assiduus clamoribus expo /
scunt. Legimus sane aliquādo apud Trogū Pōpe
ium: uirū eloquentissimū / summaq; auctoritate cō /
spicuū: Regē quēdam gallorū noīe Brenū / cū Ma
cedones bello deuicisset / quasi terrena iā sibi spolia
fordescerēt / animū ad deorū tēpla spoliāda cōuer
tisse / scurriliter quidē iocatū Locupletes deos ho /
minibus largiri oportere. Cum igitur delphos ad
Apollinis tēplū dirrapiēdū pperasset: ubi maxima
uis erat auri / atq; argenti: subito exorto terremoto
montis non modica pars abrupta ē: quæ uniuersū
fere gallorū strauit exercitū. Dux uero Brenus cū
uulneribus plurimis affectus et ipse fuisset / atroci
tatēq; doloris amplius tollerare nō posset: se ipm
pprio pugione peremit: Sicq; ob ausum scelus de /
bita supplicia / digna morte p soluit. Pyrrhus uero
cū Locrēses ex thesauro dæ Proserpinæ / magnā si
bi pecuniā dare coegisset: Cūq; hac nefaria preda
onustus enauigaret: ui subita tēpestatis tota cum
classe / uicinis dæ littoribus totus illisus est: in qui
bus deinde reperta pecunia denuo thesauri custo
diæ restituta est. Verum quid ista longius prose
quor? Vereor enim si cuncta antiquorum exēpla /

huic proposito nostro accommodata / presenti ser-
mone cōplecti uoluerō / me scribendi modum ex-
cessurū: tot namq; sunt: ut pre eorum multitudine
uix enumerari queant. Omitto itaq; illud. Q. Cæ-
pionis exemplum qui consul cum tholosanū oppi-
dum diripuisset: multumq; auri / et argenti in eius
oppidi templis compertum fuisset: quisquis in ea
dirreptōne aurum cōtingere presumpsit / horribili
statim dolore / ac cruciatu e uita migrando perpe-
trati sacrilegii pœnas meritas dedit. Omitto Xersē
Persarū Regē: qui quatuor armatorū milia misit
Delphos ad Apollinis templum dirrapiēdum / atq;
uastandum. Quæ quidem multitudo imbris to-
ta atq; fulminibus deleta est / penitusq; consump-
ta: Ut uel sic intelligeret Xerses / quanto maior
esset deorum iniuria: tanto nullas aduersus de-
os esse hominum uires / atque conatus. Quæ sa-
ne uindicta / iis quoque temporibus satis accommo-
dari posse uidetur. Iridem namque uobis fere sæ-
pius euenisse conspiciamus: ex quo ecclesiarum bo-
na tollere et in stipendia ea militum errogare cœ-
pistis. Non solum enim / ut uos meripsi quoque
optimi testes esse potestis / onerariæ naues in /
genti bellico apparatu / multis uariisque bellicis

c. iiii.

.Q. Cēpio.

Vindicta in
gens in sacri
legos.
Xerxes.

Quatuor mi-
lia ad spolian-
dum Apolli-
nis templum
missa fulmi-
nibus deleta
sunt.

ornamentis onusta: demissis e cælo fulminibus ua-
 riis tempestatibus | variisq; periculis: miserabile p-
 tulere naufragium. Verum ē multa hominū mi-
 lia/multis incōmodis | ac calamitatib; oppressa in-
 fœliciter corruerunt: adeo ut nulli uel pauci admo-
 dum: quos ad hoc bellum contigit proficisci salui/
 icolomesq; redierint. Vnde quæso Clarissimi Ve-
 neti hæ tantæ clades? Hæ tantæ hominum cedes?
 Vnde tot incommoda/et aduersa? Nisi propterea
 q̃ non aduersus homines tantum; Sed aduersus
 deum | eiusq; cultum geritur hoc bellum? Sed de
 hoc satis. Nunc enim ad hæc tempora nostra con-
 uertenda est oratio: et domesticis exemplis claudē-
 da. Non solum enim antiquorum nobis exem-
 pla sufficere debent; si et nostra quoq; commode
 afferre ualeamus: Presertim cum multos dicturos
 non dubitem. Cur nobis gentilium | totq; sceler-
 tissimorum deorum exempla proponis? Cur inq̃
 nobis eorum q̃ a uera erant diuinitate semoti | ul-
 tiones adducis? Quibus cōmode satis et opportu-
 ne respōdendū est: a me id circo istiusmodi deorū
 exēpla cōmemorata fuisse: Vt facilius inde/plani-
 usq; perciperemus: q̃ acerrimus sui ipsius uindex
 esse debeat noster imo omniū deus in eos: qui cul-
 tui suo dedicata bona ipse dirripere | et in alios ea

Qualis deus
 noster i sacri
 legos erit: cū
 ii q̃ non sunt
 dii tales fue-
 rint.

usus trāsferre presumunt. Ex quo ii q falso dii uo-
citabātur et erant: q q̄ omni p̄sus diuinitatis nu-
mine carebant / tam sauas ultiones / tamq̄ p̄nitio
sissimas clades / ob eorum sp̄erā religionem / ac sa-
crarū rerum impiissimā direptionem . Tales inq̄
dii / immo uero magis deus ipse p̄ eos traditur in /
tulisse . Cur autē id fieri p̄miserit æquissimus de-
us: ut hi qui demones magis erant q̄ dii / ab homi-
nibus tam graues / tamq̄ manifestas p̄enas exige-
rent : ea potissimū ratio fuit: quia nimirum quod
erat in eis ueram religionē ueramq̄ diuinitatē con-
tēbant: quādo ea ipsa idola uariis sacrilegiis / et
impietatibus aspernabant: quæ licet falso : Veri ta-
mē dii uulgo credebant: et ab his maxime : q̄ faci-
nora talia p̄petrabant: et non nihil numinis p̄sefer-
re uidebātur. Quā ob rem diuinitas ipsa istiusmo-
di contēptus / et iniuriæ debita supplicia / haud im-
merito reposcebat . Cum nunc uero talis ignorā-
tiæ remota caligine / p̄ huiusmodi scelera directi
us cōtemnat: grauiora quoq̄ / et acerbiora tormē-
ta suis cōtēptoribz īfligit. Sed nūc tandē ad nostri
tēporis hoīes unde digressi sumus reuertat̄ oratio.
qd̄ igit̄ cladis et infelicitatis īpiissimo Federico se-
cundo cōtigerit / ob ecclesiæ uiolatā libertatē / id ne
quaq̄ opus est multis uerbis exprimere. Id. n: uni

Federicus se-
cundus .

Soldanus
Aegypti prin-
ceps.

Federicū
di ob faci crū
direptionem
exitus.
Carrarienses
principes.

cuique historiarū perito fatis est cognitum. Nā cum
ab Innocentio pontifice tertio / ad imperii digni-
tatē euectus esset: crucemque pro expeditione cōtra
Christianorū hostes assumpsisset: tum isano atque
pestifero ad sui ruinam suscepto consilio / in eccle-
siastica ac deo dicata bona conuersus: ea dirripere
et in profanos usus transferre non timuit. Hic ita-
que ad eam usque cecitatem / ac nefandā rabiem p[ro]lap-
sus est: ut cum maximo Egypti principe / quē Sol-
danum uocant / ad religionis / et ecclesiarū euer-
sionē / sacrilegas pactiones inierit: cōsenseritque p[ro]p[ri]us
a quibus religiosa ac christianæ menti summo opere
esset abhorrendū. Atqui debitas p[œ]nas perpetrati
sceleris diutius non effugit. Nam post multarum
urbium dirreptionē / post multas atque diuturnas cū
Romana ecclesia dissensiones: post innumeras sa-
crarum rerum pr[æ]das / post multa denique ac imma-
nia sacrilegia proprium filium suspitione affectati
imperii teterrimis carceribus adactū crudeliter diē
suum obire coegit. Ipse denique grauibus ecclesiæ cē-
suris affectus execrabili ter uti par erat a Manfredo
naturali filio suffocatus est. Non pretermittā hoc
loco Carrariensium principum in simili impietate
non dissimilem calamitatem: nam cum rerum sa-
crarum usum / ob pestiferum ab eorum emulo ac /

ceptū cōsiliū sibi ip̄ie uēdicassent: īperiū postea ac
ip̄am celeberrimā urbē patauiū / et natura / et ope
munitissimā: quæ uix expugnari posse cēsebat / fa
cillime amiserūt. Neq; .n. mentitus ē ille q̄ ait Nisi
dominus custodierit ciuitatē frustra uigilat q̄ cu /
stodit eam: et nisi dominus exercitū iuuerit: inua
nū p̄fecto laborat: q̄ illum prudētia sua deducere
nitiē. Sic illa quoq; sancta Iudith cum īsolentissi
mi caput Olofernīs p̄prio eius mucrone detrūcas
set / egregie domino p̄cinebat. Non ī multitudie
est uirtus tua domine: neq; ī equorū uirib; uolun
tas tua: sed humiliū semp et mansuetorū tibi placu
it deprecatio. Quā ob rem si uos quoq; in maxi
mo ac splendido nauīū apparatu spem uestrā loca
ueritis: neq; bonis operibus ac sacrarū rerū diligen
tiore cultu deum placare cōtenderitis: satis p̄fecto
p̄timescēdū est: ne irato eo frustra uobis belli uicto
riā promiseritis: Cum iuxta illud insigne oraculū
inuietissimi Dauit ī domino magis cōfidendū sit
atq; sperādū. Sic qppe dicebat. Hi ī curribus et hi ī
eqs: nos aut ī noīe domini dei nostri uictores erū
mus. sic p̄fecto maiores uestri hostes suos terra ma
riq; strenue debellarūt. Sic crebras uictorias ac glo
riosa retulere trophea: ceterū cōsiliū nūq̄ inire uo
luerūt: ut res sacras / ac religiosorū bōa cōtingerent

Patauiū a ca
rariensibus
amissum ob
rerū sacrarū
usum sibi uē
dicatum.

Iudith.
Olofernes. #

Dauit.

Optimū con
siliū p̄isco
rū uenitorū.

Philippus
Maria .

Philippus
Maria / et re
gni maxima
parte et sani
tate corpora
li / et posteri
tate familię
sue ob sacro
rum direptio
nē priuatus .

aut bellicis ea usibus traderēt . Percurrite uos isto
rias uestras Annales et monumēta uersate : nunq̃
illos iuenietis / ex rebus sacris belli sibi parasse sub
sidia . Postremo uero ante oculos uobis Philippi
Marię recens pponatis exemplū : q̃ cum secundos
admodū in rebus suis successus habuisset : et oīa sibi
pene ex sentētia cōtigissent : Ad eā deinde isani
am / eamq̃ dementiā animū inclinauit : Ut eccle
siastica bona sibi absq̃ timore uēdicare psumeret .
Sed ecce q̃ pulchre debitas pœnas exsoluit : Non
solum .n. multis / assiduiscq̃ bellis defatigatus iperīi
sui partē non modicā amisit : et inimicos suos pro
pe mœnia pprię ciuitatis discurrentes audiuit . Ve
rum ē in corpore suo graues / acerbosq̃ prulit mor
bos : adeo ut lumīe oculorū orbatus infelicē admo
dum longo tēpore egerit uitā . Quē uero exitū ha
buerit eius imperiū : quo ue pacto illius illustris fa
milīę posteritas extincta sit nulla q̃ in eo relictā sit
dominii successio unicuiq̃ ob rei ipsius recentem
memoriā satis potest esse perspicuum . Quorsum
igitur tam multa tam longo ac uario sermone cōn
scripta ? Quorsum tam innumera gentilium et
paganorum pariter ac Christianorum exempla ?
Hęc omnia nēpe Serenissime Princeps Vosq̃ Cla
rissimi Veneti pro meo in uestrā rem Pu. studio /

et amore commemorasse / ac breuiter perstrinxisse
uolui: tum quidem: ut eorum animus / qui in hac
sacrarū rerum rapiendarum opinione uersantur:
et priscorum exemplis / et rebus a se infelicititer gel-
stis ad saniora / melioraq; consilia capienda rescipi-
scat: Tum uero ut unusquisq; optime intelligat:
nullum unq̃ non solum nostrorū: Verum etiam
antiquorum temporū inuentum fuisse: qui deo di-
catis rebus / impias quandoq; manus admouerit:
cui longo tēpore res suæ prospero / feliciq; cursu
succeſſerint: aut is non statim meritas pœnas exsol-
uerit. Quod utinam a uobis imperioq; uestro a-
uertat clemētissimus deus. Quas ob res ne in lon-
gum nimis nostra protendatur oratio. Vereamī
ni uereamini et uos Clarissimi Veneti si in hoc ue-
stro proposito diutius perſtiteritis: ne tot impendē-
tibus malis ac periculis / grauiora etiā subire ac to-
lerare cogamini. Non arbitremini id uobis magis
q̃ ceteris impune futurum: Lento enim gradu ad
sui uindictam diuina procedit ira: tarditatēq; sup /
pliciti pœnæ grauitate compensat.

Nunq̃ profecto a p̃stantibus in re publica guber-
nanda uiris laudata est in una sentētia imota p̃mā-
ſio: Sed ueluti in nauigando / si portum tenere nō
queas tēpeſtati obſequi artis est: Cum uero id mu-

Nullus unq̃
ſacrilegus
diu de ſacrile-
gio gauſus.

Optimū con
filiū attendite
Veneti.

tata uelificatione assequi ualeas / stultum profecto
est / et insanū eum cum periculo cursum tenere :
quem prius cœperat . Sic nempet in administrā
da re pu. gerendum est. Neq; enim idem semp cō /
siliū / eademq; sententia sequenda est. Sed quod
honestum / quod utile / quod fœlicē rei pu. digno /
scitur afferre successum. Id certe sequendum / id
amplectendum : et in eo diutius firmiter permanē
dum . At uero si id rei pu. perniciosum esse discer
nitur : fatuum profecto esse / ac temerarium unus
quisq; sanæ mentis itelliget : id cum periculo seq ;
quod possis cum salute / ac gloria declinare . Nūc
igitur clarissimi ueneti me salutis uestre cupidissi /
mum exaudite . Vobis uestrisq; rebus melioribus
consiliis succurrite. Venetorum nomen toto orbe
celeberrimum / sanctōribus institutis custodite. Va
rias uobis impendentes procellas / ac tēpestates / sal
lubrioribus remediis amouete. Ut talibus cōsiliis /
talibusq; sententiis / et rebus uestris / et uniuersæ p
uideatis rei pu. Christianæ : Cuius salus e uestra
dependet.

FINIS

Questio disputata per .D. Celsum Veronensem
Canonicū regularē cōgregationis lateranen. uide
licet An aliqua res pu. possit conducere iudeos ad
fœnerādū sine peccato | et ēt an Papa ualeat cōce
dere q̄ id fieri possit sine peccato .

A X I M A Controuersia / atq; dubi /
tatio Paduæ fuit: An aliqua res pub. pos
sit cōducere iudeos ad fœnerādū sine pec
cato. Et an papa / uel uniuersalis ecclesia
posset id concedere fieri sine peccato. Et quia ali
qui theologorū | et canonistarū ausi sunt temere
affirmare q̄ sic / supponētes et affirmātes q̄ iudei
possunt fœnerari sine peccato: Ideo primo queren
dū ē: An iudei possint exercere usuras sine pecca
to. Primo dicendum q̄ falsum est q̄ iudeus possit
exercere usuras prout usuræ sunt / et hoc sine pec
cato: imo nullus omnino hoīum ēt paganorū gēti
liū / et quorūcūq; rō ē q̄a usura ē cōtra legē naturæ
quæ oēs hoīes obligat et semp obligauit et obligat
bit. Nam contra legem naturæ non cadit dispensa
tio: q̄a omne decēs ī ea īcludi: Vnde lex naturæ se
cūdū qd magis obligat q̄ ius diuinū: Nā cōtra ius
diuinū aliq̄do scā ē dispēsatō ut patet d̄ p̄ceptis ce
rimonialibus / ut de sabbato et ce. Sed nō cōtra ius
naturæ: q̄a eēt dispēsatō cōtra omnē decētiā cōtra

Ius nature
quō magis
obligat q̄ ius
diuinum .

Richardus.

omnem ordinem naturalem \ cōtra omne dictamē
rationis/ et contra omnem moralitatem. Vnde Ri
chardus de media uilla in quarto .di. xvii. ar. ii. q.
vii. dicit q̄ omne quod est de iure naturæ est de iu
re diuino: quia deus creauit naturam/ et ius in na
tura: Sed non omne quod est de iure diuino est de
iure naturæ/ ut patet in multis ceremonialibus quæ
aliquo mō etiam primis p̄cipiis naturalibus non
erant conformia / sed magis repugnabant secūdū
quid: licet non omnimode: Ideo mutata sunt et
potuerunt mutari. Tamen ī glo. di. i. c. ius naturale.
Videtur etiam poni q̄ omne / quod est de iure di
uino est de iure naturæ: sed nō ibi stricte accipitur
ius naturæ: sed large uidelicet inquantū etiam na
tura dīctat / ut pareamus deo / quoquo pacto ali
quid p̄cipienti et cet. Ob quam quidem rem: quic
quid fuit in lege ueteri/ quod fuit secūdū ius na
turæ proprie acceptum/ non fuit mutatum nec po
tuit rationabiliter mutari / et modo obligat et sēp
obligabit / nec papa contra tale ius potest dispen
sare. Vnde bene dixit hugo de sancto uictore li. i.
de sacris par. xii. q̄ precepta alia sunt mobilia alia
immobilia: mobilia sunt: quæ ad tempus sunt or
dinata: immobilia autem sunt: quæ a natura ueniūt/
et ad istum intellectū potest accipi quod dicit Ho

Hugo.

stri: et alii doctores super .c. constitutus de re. do.
q̄ omne idēcens/ est deo ipossibile et indispensabi
le omnino / et multo magis Papæ: qui est uicari/
us dei / et eius uices agit: sed tale est illud quod est
contra naturalē equitatem . Ob hoc etiā dicit An
selmus / q̄ quia mendacium est contra naturam
adeo est peccatū: ut deus non possit dispensare ut
dicatur sine peccato quia non potest recedere a
ueritate sua etc.

Anselmus.

Ed modo probandum est q̄ usura sit con
tra naturam et contra omnem naturalem
equitatem . Quia usurarius uult uendere
id qd̄ non est in rerum natura uidelicet usum re
rum quæ non habent usum distinctum ab ipsis re
bus / uel a consumptione ipsarum rerum / aut di
stractione / ut est usus pecuniæ: et frumēti: et uini
qa ipsorū usus est eorū cōsumptio uel distractio :
nec alio modo possunt uti / et maxie pecuniā / quæ
ad hoc inuenta est / ut sit media in cōmutationi /
bus / ut dixit Aristotiles primo politicorum et .v.
Ethicorum : Vnde talium rerum usus non potest
concedi nisi concedatur res / seu rerū dominium /
quare isti dicuntur uelle uēdere bis unam rem / uel
id quod non est .s. uendunt uinum et usum nini
seorsum : Similiter tales uolunt duplicem compē
d .i.

Aristotiles.

Math.
Luc.

Leo Papa.

sationem primo pecuniæ suæ iam datæ / ad domi-
nium alterius : Deinde uolunt premium de usu il-
lius pecuniæ / quæ amplius post mutuum non est
sua . Dicitur etiam usura contra naturam pro-
prij contractus mutui / quia de natura et essentia
contractus mutui est / q̃ sit gratuitus Math. x. gra-
tis accepistis et gratis date. Et Luc. vi. mutuum dā-
tes nihil inde sperātes nam sicut gratia non est gra-
tia / si non gratis datur / ut dicit Leo Papa et ha-
betur .i. q. i. c. primo sic mutuū non est mutuum
si non sit gratuitum : sed usurarius uolens merce-
dem in mutuo rerum / quæ non habent usum di-
stinctum / ubi etiam datur dominiū : peruertit na-
turam contractus gratuiti mutui in mercenariū
ubi non potest esse merces / quare agit contra na-
turalem iusticiam ipsius contractus mutui .

Einde usurarius peruertit dominia rerū / et
d agit contra dominiū naturale rerum . Nam
de natura et essentia contractus mutui est /
q̃ transferatur dominiū in mutuatarium .i. in eum
cui fit mutuum / ut etiam habetur in .l. ii. §. apella-
ta . ff. Si certum petatur . Etymologia etiam
nominis id declarat : quia mutuum dicitur qđ de
meo fit tuum : Nam proprie mutuum non fit ni-

si in rebus ubi transfertur dominium : Sed usurarius post mutuum uult dominium in rebus ubi non habet : et propter illud dominium uiolentatum et quod non ē / uult premiū usus: Quare iniquis / sime agit contra naturalia rerum dominia . Sed euertere aut peruertere naturalia et essentialia rerum est solius dei / et non humanæ facultatis nisi inique agentis ergo etc.

Item contra naturam facit usurarius quia uult uendere homini res suas proprias scilicet propriam industriam / quia pecunia mutuata ex se nihil faceret et semper mortua esset : Sed si lucratur ex industria est mutuatarii: Sed durū est et iniustum ac innaturale / q̄ alicui industria sua propria sibi uendatur : sicut iniquum esset si sibi uenderetur propria domus in qua iam habet dominium: Sed talia facit usurarius ergo etc. Sed q̄ illa pecunia sit omnimode illius qui mutuo eam accepit patet: quia si immediate eam ammitteret in damnum suum sibi cederet / et non mutuantis tanquam rem propriam ammisisset quare etc.

Item usurarius agit contra naturā quia uult q̄ res quæ non faciunt fructum naturaliter faciant fructū : Vnde ab Aristotile primo politicorū usura uocatur contra naturā: hoc tangit ab Am

Aristoteles
Ambi.

brofio cum dicitur ufura arte nequiffima / et ex ip
fo auro nascitur aurum / et habetur di. xxxvii. c. fi
cut : Ille profecto partus est partus diabolicus : et
non naturalis ymo uere iniquiffimus . *bonp. 39*
Item poffet dici q̄ ufura est contra naturā tem
poris : quia ufurarius uult tempus alteri uendere
cum fit omnibus comune ; ut arguit extra e. c. con
fultuit nam de concessione temporis uult lucrum .
Item contra laborem quia uult premium ufurari /
us sine labore : Dicitur enim commnuiter q̄ om
nis labor oprat premium extra de re. eccle. non
ali. c. ad noſtram et xii. q. ii. caritatē : ſapien. iii. etiā
dicitur bonorū laborū glorioſus ē fructus . Inſtri. d̄
legip. pa. §. cognatos. et. ff. cōmodati . l. ſi is. §. i.
ſed fructus ufurarii non eſſet bonorum laborum :
ſed ſine labore contra illud apoſtoli . ii. thi. iii. ſi
quis non uult operari non manducet . Volunt ip
ſi triumphare / lucrari / gaudere / et hoc ex labore
et ſanguine pauperum : Deinde uolunt lucrari
in die paſce in die natiuitatis domini in die aſcen
ſionis et nunquā ceſſant a fructu / nec celebrant di
es ſolēnes etc. Concludendo ergo cum ufura ſit
cōtra omnem equitatē naturalem non poteſt fieri
ſine peccato : Et ideo dicendum q̄ iudeis nun
quā fuit licita ufura / ſed bene pro redemptione rerū

ad se pertinentiū / et sic intelligitur illud deutero.
 xxiii. Vt etiam habetur xiiii. q. iiii. Ab illo : quia
 illis quibus possumus inferre bella possumus dare
 ad usurā : quia eo modo nostra redimimus : Ideo
 a nullo theologorum unq̄ concessum inuenitur /
 q̄ usura ut usura fuerit licita / nec etiam ab aliquo
 canonistarum timorato / quia pro ista sententia
 est hosti. i. summa de usuris. §. an aliquo casu uer.
 octauo : Similiter Io. An. in. c. conquestus de usu /
 ris similiter Budrius Car. Zab. et quasi omnes in
 capitulo cōquestus. Idē ē Ray. i. summa et Arch.
 in. c. ab illo xiiii. q. iiii : Sed si quis perseveraret in
 sententia peruiaciter dicendo q̄ deus permiserit
 iudeis usuram ut usura : quod tamen non credo /
 rūc posset ē aliter dici iuxta illud Th. secūda secū
 de q. lxxviii. ar. primo i. responsione secundi ar. et i. Tho.
 tertio sententiarū distin. xxxvii. ar. ultimo : q̄ pri
 mo accipere usuram a quocūq; homine est sim
 pliciter malū : debemus. n. habere omnem hominē
 quasi proximū et fratrem praeceptū i. statu euangelii
 ad quem omnes uocantur . Vnde in psalmo abso
 lute dicitur : qui pecuniam suam non dedit ad usu
 ram etc. Ezechiel xviii. qui usurā non acceperit . Ezechiel.
 Qd̄ aut̄ iudei ab extraneis usuras acciperēt nō fu
 it eis cōcessū quasi licitū / et tāq̄ res quae fieri posset
 d. iiii.

sine mortali: sed permissum fuit ad maius malum
uitandum ne scilicet a iudeis deum colentibus usura
acciperent propter auariciam cui dediti erant:
ut habetur Isaya xlv. Quod autem in premi
um promittitur fœneraberis gentibus multis: fœ
nus ibi large accipitur ꝑ mutuo sicut ecclesiastici
xxviii. dicitur. Multi causa nequitie non fœnera
ti sunt. i. non mutuauerunt: promittitur ergo in
premium Iudeis habundantia diuiciarum: ex qua
contingit q̄ aliis mutuare possunt: permisit ēt eo
modo iudeis libellum repudiū: ut euitarent homici
dium: Aliud est enim ꝑcipere uel hortari: et aliud
permittere. Quod enim permittimus nolentes cō
cedimus: quia malas hominum uoluntates ad ple
num cohibere non possumus: ut dicit Chrysosto
mus et habetur. xxxi. q. i. hac ratione: dicitur etiā
ibidem q̄ ea quæ permittimus non approbamus.
Ad hoc propositum facit illud quod dicitur in .c.
cum iam dudum de preben. ubi dicitur / q̄ multa
per patientiam tollerantur: quæ si in iudicium de
ducerentur cassarentur: Cum autem c̄ristiani pos
sint faciliter eorum peccatū impedire / non debēt
inducere uel eos fouere. Alex. etiam de Alex. in
summa ubi loquitur de usuris tenet q̄ iudei nun

quam potuerunt exercere usuras sine peccato mortali prout usurae sunt. Et licet aliqui dicant / quod saltem possunt moderari usurae iudeorum propter. c. quanto de usuris ubi prohibentur graues / et immoderate usurae: dicendum secundum glo. ibi quod non licet in malo arguere a contrario sensu: deinde quod omnis usura est grauis / et immoderata: quia est rapina: ut in. c. si quis usuram. xliii. q. iiii. Argumentum etiam sumi potest quod in iudeis sit semper usura cum peccato / quia etiam post bapt. coguntur restituere sicut et res rapinosae: Nam post abolitionem peccatorum per baptismum alia iuste acquisita sunt sine peccato possunt retineri sed non usurae: quia radix putrida et cum peccato fuit ergo et rami infecti et cetera. Inno. de trans. in capitulo finali dicit quod quantum ad committendum peccatum mortale vel remanendum in illo / in hiis / quae pendunt a iure naturali in lege diuina / et euangelio contento: Papa non potest dispensare: et ponit exemplum de. c. super eo de usuris: Papa ergo non dispensat contra ius diuinum ubi est peccatum mortale. Similiter nec contra ius positium quando etiam non cessat iniusticia et iniquitas naturalis et cetera.

Secunda dubitatio principalis.

f. Et cū dubium an cōmunitas aliqua possit cōducere iudeos ad exercendum usuras sine peccato cōmunitatis idest ipsorum hominum ipsius rei publicæ conducentium.

Pau.

f. Solutio huius dubii patere pōt ex pcedētibz quia cooperari scienter peccato mortali ē mortale secūdū omēs theologos et doctos canonistas / quod elicit ex dictis Pau. ad ro. i. Nō solum qui faciunt sed et qui consentiunt facientibus digni sūt morte: ergo q̄to magis q̄ inducūt. ubi gl. quā allegat Th. scda scde. q. x. ar. x. i. i. ar. ubi tractat de tollerantia: quā habere debemus circa ritus iudeorum et aliorū infidelium dicit q̄ peccato consentire unusquisq̄ dicendus est / qui nō prohibet cum prohibere ualeat: si non prohibere est malum quāto maius malum erit / consentire uel cooperari peccato? quod consentiens peccet patet. x. q. iii. Qui consentit / et tribus capitulis sequētibz expresse.

Primo ergo dicendum est q̄ conducentes quia ex conductione oportet q̄ paciscantur de solutione usurarum / q̄ non sunt liberi ab excommunicatione / et ex consequenti a peccato mortali ut per

clēmē. i. de usuris : Secundo q̄ conducentes pec-
cent mortaliter satis clare argui potest : quia faci-
unt contra preceptū ecclesiæ extra de usuris post
miserabilem : Vbi ecclesia precipit principibus se-
cularibus q̄ faciāt restituere usuras / quas accipiūt
Iudei / et q̄ alias interdicator eis communicatio
omnium rerum cūm Christi fidelibus etiam sub
pœna excommunicationis precipit ecclesia : Ta-
lia precepta secundum theologos et timoratos ca-
nonistas semper obligant ad mortale quāto magis
peccarent conducentes : Secundum theologos si
principes / uel alii rectores cogunt christianos ad
soluendum usuras Iudeis : Ipsi tenentur ad resti-
tutionem : Sed tales conductores ex tali conduc-
tione cogent in futurum soluere : quia iam se obli-
gant / et obligarent exconventionibus / ergo faci-
unt se participes futuræ rapinæ : quia usura dici-
tur rapina ut habetur xiiii. q. iiii. c. Si quis : et est
textus Ambrosii notabilis / et exconsequenti pec-
cant mortaliter quia rapina non potest esse sine
peccato mortali . Guil. dicit q̄ domini qui per-
mittunt usuras exigi a iudeis in terris eorum : q̄
ipsi tenentur ad restitutōnem : quia cum possint
non compellunt ipsos ad restituendum / cum ad
eos pertineat et teneantur ad preceptum quod ha-

Ambro.

bent ab ecclesia : quod non seruando monstrant
se habere interpretatum consensum : iuxta illud
non caret scrupulo concessionis occultæ : qui ma-
nifesto facinori non desinit obuiare extra de homi-
cidiis sicut dignū. §.iii. et ex consequenti peccant
mortaliter ergo a fortiori quanto magis qui cōdu-
cunt conuentionem faciendo de usuris. Et cum
mihi a secularibus frequentius dicitur / q̄ fit hoc
ad uitandum maius detrimentum eorum / et pro-
pter multa commodā: quæ proneniunt pauperibz
ipsius ciuitatis et cætera. Quibus sancte est dicē-
dum q̄ nunquam malum culpæ agendum est / ut
uitentur omnia mala mundi temporalia / nec etiā
spiritualia dummodo remaneat ibi culpa / et dei
offensa: Nec est aliquo pacto credendum aut arbi-
trandum / q̄ mala debeamus euitare / aut bona de-
beant nobis prouenire per offensam dei secundū
omnes sanctos doctores: quia esset inferre: aut qđ
deus non esset omnipotens: quia nō posset succur-
rere nolentibus etiam offendere: aut q̄ non cerne-
ret omnia / quia non posset intueri talem bonam
mentem et innocentem: quæ propter eius gratiam
nollet committere peccatum ueniale / Aut q̄ non
esset sanctus / quia non delectaretur tali tantaq̄
innocentia / eiq̄ succurreret: sed magis succurre /

ret scelestis hominibus quasi delectaretur eorum
offensa / et iniquitate: et hoc satis argui potest eti
am ex textu de usuris. c. super eo. ubi dicitur q̄ sa
cra scriptura prohibet pro alterius uita mentiri / et
multo magis prohibendum est ne quis pro redimē
da uita captiui usurarum crimine inuoluatur.

c Conclusio hæc theologorum uera est et ma
xime Tho. secunda secūde. q. xxxiii. ar. vii.
in solutione. y. argumenti. et Pe. de pal. in. iiii. di.
xvii. ar. i. in .vi. quesito. conclusione prima q̄ nul
lum malum culpæ etiam uenialis ut euitetur mor
talia est eligendum: quia dei offensa non est eligē
da / nec cadit sub electione: nec etiam est aliquo
modo debita: ut ē euitetur multa mala. unde Au
gu. in li. de mendacio et habetur. xxii. q. ii. c. pri
mo. dicit q̄ omne genus mendacii q̄ alicui p̄dest
corporaliter / et spiritualiter / et nulli obest etiam
pro illa utilitate faciendum non est. Vnde conclu
dit augustinus q̄ ad sempiternam salutem nullus
ducendus est opitulante mendacio: hæc etiam sen
tentia habetur a magistro sententiarum in. iiii. di.
xxxviii. et confirmatur a beato Bonauentura / et a
reliquis theologis: Augustinus similiter super psal
mos et habetur. xxii. q. ii. Ne quis dicat q̄ bonis et
scis uiris falsū dicere iuenitur esse cōcessum idem

etiā habetur ubi supra. c. faciat Si ergo ista non li-
cent : quanto minus licebit usuræ cooperari cum
semper usura sit peccatū mortale. hoc etiam argui
posset ex. c. non magno ne. cle. uel mo. et cetera .

Host. etiam et Io. An. in. c. non magno ne. cle.
uel mo. dicunt aut aliquid est prohibitū lege diui-
na / ut mendacium / et usura / et non admittitur cō-
pensatio de minori malo ad maius malū : nec de
malo ad maius bonū et hoc per. c. super eo de usu-
ris et xxii. q. ii. c. i. Aut est prohibitum lege cano-
nica : et tunc pōt fieri cōpensatio auctoritate Pa-
pæ : cum possit tollere peccatum quod constitutō
canonica induxit : ut in .c. proposuit de con. pre-
ben. etc : Ecclesia ergo non potest consentire ma-
lo culpæ : et multominus cooperari quod est pro-
hibitum lege diuina in quo semper remanet ma-
i cula peccati et hoc etiam ut uiteatur maius malum
uel quod sequatur aliquod aliud bonum / ut pa-
tet expresse di. xiiii. c. quod ait : licet possit tolle-
rare ecclesia sub dissimulatione causa maioris
mali uitandi uel causa maioris boni / quod inde
oriri potest et de hoc est glosa quam sequitur Ar-
chidiaconus et Iohannes de fant. distinctiōe quar-
ta capitulo Deniq; in uerbo uenia : uide etiā glo-
sam notabilē distic. iiii. c. finali. Et si quis diceret

Archi.

q̄ ecclesia tollerat ritus iudeorum / et prohibet fi
deles ne eos impediant ut habet expresse di. xxxv.
c. Qui sincera. Dicendum q̄ ecclesia hoc impedit
causa maioris boni quod exinde sequitur ut. f. p
hanc uiam possimus eos lucrari / et facilius cōuer
tantur ad ueritatem / ut dicitur in supradicto .c.
qui sincera. Deinde quia ueritas nostræ fidei in li
bris ipsorum uelata et i ritibus prefigurata nostris
oculis lucide demōstratur et fidei nostræ testimoni
um roboratur ut dicit Augustinus. xviii. de ciuita
te dei. c. xxxv.

Agister Gerardus de senis ordinis heremi /
tatum examinat hoc dubium utrum iura debeāt
concedere cōtractum usurarium / propter aliquod
bonum quod īde oriatur uel propter aliquod ma
lum: quod inde uitetur: quod soluit hoc modo
distinguendo / et allegatur a Ioh. an. in mercuriali
bus in regula peccatum .in ar. iii. Dicit enim q̄ p
missio accipi potest tribus modis. Vno modo pro
ut est simplex permissio indulgens pœnam. et hoc
casu ecclesia permittit malum / ut euitetur maius
malum ut in dicto. c. deniq̄ iuncta glo. i uerbo uel
nia. di. iiii. et in. c. Si qua monacharum iuncta gl.
xxvii. q. i. Et dicit ibidem Ioh. an. q̄ talis pmissio
ideo dicitur simplex quia tantūmodo pœna indul
getur / non autem culpa minuitur. Secundo mo

Permissio po
test accipi
tribus modis

do accipi potest permissio uel cōcessio prout idem
est q̄ permissio tollens impedimentum secundum
quē modū iudei inter xp̄ianos permittuntur ab ec
clesia in obseruantia sui ritus ut in .c. Qui sincera
xxxv .d. et ista permissio differt a prima: quia nō
solum ecclesia permittit malum .s. obseruantiam ri
tus iudeorum subtrahendo cōminationē / uel in
flictionem p̄næ / sicut facit permissio prima / sed
etiam remouendo impedimenta christianorū / qui
uellent ip̄edire iudeos ne obseruarent / suos ritus ut
in .c. Sicut de iudeis . Tertio modo potest acci
pi concessio prout idem est q̄ permissio pr̄stans
iuuamen: secundum quem modum ecclesia quan
doq̄ permittit clericum occidi a p̄tate seculari / et
h̄c permissio excedit secūdam: sicut secunda pri
mam: quia in ista tertia permissione non solū sub
trahitur cōminatio aut inflictio p̄næ: quæ posset
per occisionē clerici infligi / sicut fit in prima per
missione. Sed etiam tollit impedimentum per qd̄
posset occisio clerici impediri: quemadmodū fit in
secūda permissione. Immo ultra hec duo pr̄stāt
iuuamen ī ista tertia permissione quod non fit in
aliqua precedentīū: Nam in nulla ip̄sarū posset ec
clesia iuuamen p̄stare: quia non potest adiuuare
malū culpæ et offensæ dei: et qui aliter sentiunt be

fratraliter sentiunt : Sed ecclesia præstat iuuamen /
quia ipsum degradat et ponit in manibus iudicis
secularis ut crucietur uel etiam occidatur iuxta il-
lud Apostoli .i. cor. v. Tradens huiusmodi homi-
nem sathanæ in interitū carnis ut spiritus eius sal-
uus fiat in diem domini nostri Ihesu Xpi ut in .c.
nouimus de uerborum signifi.

Apostolus.

e X his patet q̄ tribus modis potest accipi cō-
cessio uel permissio / primo quādo propter
maius malum uitandū malum toleratur sub dissi-
mulatione: et hæc dicitur comparatiua permissio /
quia solum pœna indulgetur / Cum talis sic faci-
ens non puniatur ut est de meretricibus : Tamen
non minus iuoluitur crimini propter talem per-
missionem : Secundo modo accipitur concessio
uel permissio / quando ecclesia tollit impedimen-
ta impediencia malum fieri propter bonū / quod
inde sequi speratur ut in obseruatione ritus Iude-
orum. Tertio modo quando ecclesia præstat iu-
uamē : Et sciendū q̄ ecclesia hoc tertio modo nō
potest cōcedere uel pmittere nisi illud quod pmit-
titur siue conceditur sit licitū ut est occisio clerici
pp delictū traditi curiæ seculari: nam hoc est licitū
quia maleficia non debent remanere impunita ut
in .c. ut fame de sen .ex. et .l. ita uulneratus. ff. ad
l. Aquiliam: Quamobrem concludendum est

Augu.

ita q̄ uidelicet ecclesia non potest dare licentiam
præstando iuuamen faciendi malum culpæ ut i. c.
legatur. xxiii. q. ii. unde ecclesia non posset dare li
centiam præstando iuuamen. ut iudei seruarent
ritus suos ut dicitur in glo. iii. c. Qui sincera.
xxxv. di. unde Augst. contra p̄minianum dicit:
q̄ quis malis sociatur quādo cum eis malū cōmit
tit. aut cōmittentibus fauet ut habetur. xxv. q. iiii.
Ita plane. et in fine capituli ita concludit Aug. ubi
malum nō potest corrigi. uel puniri. uel aliter ob
uiari illa duo retenta semper reseruant hominem
innocentem et icorruptum a peccato. s. ut nec ma
lum quis faciat: nec approbet factum: sed præsta
re iuuamen iudeis ad usuras exercendas esset faue
re malo quod non licet et cetera.

Oncludit ergo ibi suprascriptus frater Ge
rardus, et Ioh. an. q̄ nec ius naturale nec
diuinum potest permittere contractū usu
rarium. propter aliquod maius malū uitandū uel
p̄pter bonum. quod inde oritur. quia et ius natu
rale. et diuinum prohibent usuras. Nec etiam ius
canonicum aliqua suprascriptarum p̄missionum.
quia p̄na cōminatur et infligit facientibus dictū
contractum. ut in. c. q̄q̄. li. vi. de usuris. sed multo
minus aliquis dominus temporalis. uel aliqua cō

munitas / quæ sunt minoris auctoritatis : et si ali /
quas uideatur Papa permittere usuras / ut in .c. sa /
lubriter de usuris / et alibi dicendum q̄ illæ nō sūt /
proprie usuræ licet uideantur similes : Ius autem ci /
uile permittit permissione primi modi .s. non inflī /
gendo pœnam : propter maius malum uitādum .

Ergo hæc est theologorum et canonistarum /
uera et indubitata conclusio / licet enim multa ad /
duci et allegari possent : sed quia nōnulli propter /
dictum Augustini in libro de adulterinis cōiugiis /
quod etiam habetur .xxxiii. q. ii. c. Si quod uerius /
audent dicere q̄ de duobus malis culpæ minus est /
eligendum quia Augusti. uidetur dicere q̄ si quis /
uult facere homicidium uel adulterium q̄ potius /
faciat adulterium q̄ homicidium : Quibus respon /
dendum est q̄ August. loquitur conditionaliter . /
uidelicet q̄ si quis cogeretur ad aliquod istorū q̄ /
magis deberet facere adulterium : sed illius conditi /
onalis prima pars non est concedenda . quia nemo /
liberi arbitrii cogitur ad peccandum : ergo et con /
sequens non est concedendum : Similiter Augu. /
uolebat dicere q̄ si quis uellet alterū istorum face /
re q̄ magis deberet facere adulterium : Sed nullus /
debet uelle perpetrare aliquod istorum et cetera : /
Sed bene stante mala uoluntate ad alterum istorū

tunc faciat minus : sed illa mala uoluntas est de
ponenda . Quare perstat conclusio firma q̄ ma
lum culpæ paruum non est perpetrandum / ut ui
tetur maius et ex consequenti nec usura .

...FINIS...

D. Celsi Veronensis Cano. Regul. ad Reueren
dissimū .D. Cardinalem Papien. de
morte .S. Sixti Cardinalis Epi.

EVEREndissime domine Ex litteris be
nedicti Maphei nepotis mei cognoui id
quod etiam sine litteris intelligebam . Et
tuæ Reuerendissimæ . D . erga me studium eximi
um et iudicium eiusdem in me singulare Doleo
p̄fecto / neq̄ me parem pro tuis in me meritis gra
tiam refferre posse : Neq̄ ea in me esse quæ opini
oni tuæ / iudicioq̄ respondeant . Tuam semper
Reuerendissimā dominationem laudis meæ cupi
dam dignitatiscq̄ cognoui . Itidem ago / ubiq̄ lo
corum et gentiū / de tua excellenti uirtute / ac glo
ria . Huiusce rei habeo q̄ plurimos locupletissimos
atq̄ dignissimos testes . Verum de his alias . Quid
autem mi Reuerendissime domine in hac tam mi

fera et falaci uita admodū cupere debeamus: non
satis intelligo: quid uero timendum sit: plane co-
gnosco. Quotidie noua oboriuntur exempla quī
bus instruimur/ nihil esse hac uita miserius: Nam
cum nuper de obitu Cardinalis sancti Sixti ex mul-
torum litteris et nuntiis accepissem: Cæpi mecum
cogitare uariam rerum humanarum sortem/ mira-
bilemque simulac miserabilem hominis istius cōdi-
tionem fuisse cognoui: Nam qui paulo ante in ui-
ta fœlicissimus omnium esse putabatur, in morte
miserimus omnium apparuit: quando ea quæ ui-
uenti gloriam et splendorem attulerunt, morienti
pœnam et cruciatum inferrent: et ea quæ dum an-
te possiderentur iucūda et dulcia esse uidebātur:
eadem dum relinquerentur tristitia et amara esse p-
barentur: Quid enim in hoc biennio huic quod
optaret / aut uiuenti defuit / aut morienti profu-
it: Heu miseram nimis hominis conditionem: dū
ea quæ in uita tanto labore parantur ad uolupta-
tem: in morte tanto dolore relinquuntur ad pœnā:
Et quæ prius longis erant quesita uigiliis ut essent
oblectamento / breui tempore magno sunt amissa
tormento. Nihil huic homini adiunxerit dignitas:
nihil splendor: nihil aurum: nihil argentum: nihil
uasa preciosa: nihil opes: nil nitor gemmarum: nil

fauor aux popularis: nil turba clientum: nil denique principatus tãto præsidio studioq; ualatus prorsus attulit salutem: Sed e contrario quum corpus suis doloribus cruciatum torqueretur: Hæc omnia quoniam relinquenda erant / animũ quoq; diris ac cruentibus morsibus lacerabant: ut mihi pfecto fortunatissimi esse uideatur: qui nullã cum rebus tam cito perituris sortem acceperunt. uel acceptam uirtute ipsa contemptã penitus abiecerunt: Sic enim fit ut animus noster et adhuc in corpore positus nullis rerum presentiũ delinitus illecebris rerum æternarum cogitatione pascatur: Et dũ migrat a corpore nullis uinculis irretitus / aut sordibus inquinatus liber ac mundus euolet in superna / et nullo dolore relinquatur: quod miro ardore cõtemplari possit: At me quidẽ iam pridem totum in hanc cogitationem erectum: cum uariis rerum humanarũ multiplicesq; casus: Tum uiri de quo dico tam repentini tamq; insperati euentus subitaq; procellæ confirmarunt: Quid enim? floruit hic paucis diebus plusq; mea sententia assequutus est / quã uel ulli sperare aut ei fas esset optare: Quandoq; dem ex loco tam humili tamq; abiecto. ad tam excellentis gloriæ culmen altitudinẽq; potentix euectus est. Et ecce mi pater et domine dum huic ad

nota succedunt omnia parum dico immo dum uo-
ta successu rerū superant / dum nihil optat / qđ non
speret . dum nihil speret quod non querat : nihil
querit / quod non assequatur : Dum ei cuncta ar-
rident in ipso primordio iuuentæ in medio floren-
tis gloriæ cursu / subita atq; insperata morte corri-
pitur : O fluxā rerum humanarū labilemq; natu-
ram : O falacem uitæ spem : O miseram conditio-
nem : Quid est quod animos nostros excitet aut
allitiat ad hanc rerum transeuntium ac tam cito
labentis uitæ gloriam appetendā : quando uel res
nobis / uel nos rebus / tam inopinato euētu / tam
q; subito casu subtrahimur ? Igitur humanissime
princeps ab his rebus quæ tam cito pereunt meus
auocandus est animus : atq; illic spes mea cogitati-
oq; locanda est : Vbi uita perpetua . Vbi pax æter-
na . Vbi immortalis beatitudo . Vbi sempiterna
fœlicitas . Vbi deus noster est premium ac uita / et
merces nostra magna nimis : Hæc tuæ Reueren-
do. scripsi non quod aut ad contemptū uitæ præ-
sentis / aut ad spem futuræ eam accendendam in /
flammandamq; putarem : Cum uita tua perfecta
quædam norma integritatis : sanctitatisq; existat .
Sed ut magis hæc Epistola esset monumentū mei
in te præcipui amoris / ac singularis obseruantia /

intelligeresq; tuam Reuerendissimam Dominati
onem mecum in studiis / mecum in cogitationi /
bus / mecum et domi / et publice cum suauissima
memoria uersari . Cui me unice trado / atq; com
mendo. Ex Bononia xii.kallendas Februarias.

Epistolion Philippi Beroaldi .

Puscula nō parum multa cum elegantia
o nitore: tum sententiarum splendore fulgē
tia laudibus extollere consueuimus . Inter
quæ reponi merito potest libellus hic a Venerabi
li Viro Celso nuperrime editus: Qui non minus
est eruditione q̄ religione monstrabilis : multum
in hoc nitoris: nec minus doctrinæ inest : Lector
lege letaberis . Vale .

Opusculum hoc Bononiæ Impressum est p^o Pla/
tonem de Benedictis librorum excussorē Anno
Domini . M . CCCC . LXXXVIII . Quin
to kallendas Iulias .

REGISTRVM.

a . b . c . d . e .

Omnes sunt quaterniones Vltimus uero
constat ex duobus foliis .



REGISTRY

a. b. c. d. e.







